te prescindo vel rado: et tunc ex ea vernaculos genero dño deo sabaoth. Ibique multa enumerat exempla de sacris doctoribus qui vsi sunt philosophia ad ecclesie vtilitatem. Illi igitur sileant qui veram philosophiam reprobant dicentes philosophorum dicta inutilia fore. Si michi enim non credunt, saltem hiero. credant. Nullum enim inconueniens apparet cuiuscunque gentis dicta colligere et suo proposito rationabiliter applicare. vnde seneca. epistola. l. Non mireris inquit ex eadem materia suis studiis quemque aptem colligere. In eodem enim prato bos herbam querit canis leporem: cyconia lacertã: quasi diceret nullius doctrinam spernandam esse: quia sapiens in quolibet querit quod bonum est: et ita proficit et reprobat quod malum est et ita id tollit quod alios inficit. Quãquam igitur sacra eloquia quibuscunque philosophorum dictis stabiliora et merito laudabiliora sint: nullatenus tamen deprimenda. Vñ ysai. xxiii. Erubescit sydõ ait mare super quo verbo gregorius primo moralium in sidone inquit figuratur stabilitas positorum in lege in mari autem vita gentilium. Erubesce igitur sydon ait mare: quia ex vita gentilium redarguitur vita sub lege positorum. atque ex actione secularium confunditur actio religiosorum. dum illi etiam promittẽdo non seruant quod in preceptis audiunt: et isti viuendo etiam ea custodiunt in quibus nequaquam legalibus preceptis astringuntur iuxta illud roma. ii. Gentes enim que leges non habent que legis sunt faciunt. Que omnia ideo allegata sunt quod dicta gentilium philosophorum non sunt contemnenda: quia prodesse sepius inueniuntur. Et si mala intentione aut causa laudis flagella tulerint: eorum exẽplo redarguimur si propter eterna felicitate ea ferre contendimus que pro terrena voluptate pertulerũt. In ipsis ergo eorum malis instruimur nõ quod imitationem mereantur: sed quia potius ea propter deũ faciẽda sunt que ipsi propter inanẽ gloriã et voluptatẽ pegerũt Unde aug. v. de ciuita. dei. c. viii Postquam romanorum acta magnifica narrauit: cõcludit quod si romani pro ciuitatis terrene gloria tãta fecerũt nos potius pro eterna. vnde crisosto. sup matheũ omelia. vii. ante finẽ. Excogitate inquit grecorum philosophorum acta et tunc scietis quanto supplicio sumus digni eo quod leges diuinas transgredimur. Quibus omnibus attentis patet quoniam philosophia doctrina vtilis est. Ipsamque reuelatam gẽtilibus philosophis referũt plures vt tãgit. aug. xviii. de ciui. dei. ca. xlviii Nẽpe gẽtiles infideles gẽtiliũ testimoniis alliciunt quibus quamquam scriptura sacra nõ egeat. illi tamẽ egẽt qui cũ sint gentiles absque testimoniis gẽtiliũ conuerti recusant. Unde iulia. Apostata volens subuertere ecclesiam dei interdixit filiis galileorum: poetarum atque philosophorum legere disciplinas. Nouerat etiam in ipsis multa contineri legis testimonia. Cõcludimus itaque gẽtilium dicta in via vere sapiẽtie prodesse.

¶ Capitulum. xiii. de dignitate et vtilitate sapientie.



T sepe dictum est sapientia philosophie amor est cui vere philosophi inheresunt. Eo quod teste seneca ad lucillum epistola. xciiii. A sapiẽtia inquit nunquam recedit religio iusticia et pietas qui nullũ putat bonũ nisi quod honestũ est quam nec fortune nec hominis deleri potest numeribus: cuius hoc preciũ est non posse precio capi. O igitur quãtus est sapiẽtie amor: cuius studio nil occurrit preferẽdũ: cuius adeptio nulli potest precio cõparari. Ideo prouer. viii. dr. Quid prodest stulto habẽ diuitias cũ sapiẽtiã emere nõ possit. Reuera nil sapia melius: cuius verus amor philosophia est. De qua tul. li. ii. de officiis. c. i. quod ei est per deos

optabilius quid prestantius: quid melius quid hoīe dignius sapiētia qua phi nominant. Nō est inqt aliud phia pter studiū sapiētie: cuius nomē adipisci nō merētur hi quorꝫ stulta vita est. Unde olim non decebat aliquē philosophum appellari nisi vita viueret honesta. Uñ a gel. li. xvij. abhominabile inquit fuit apd philosophos nobiles ꝙ vita ignobiles siue degeneres appellarent phi nec immerito qꝛ phi nomē sactū est: de quo loquēs tul. in tusculanis q̄stionibꝰ li. ij. ca. iij. philosophia īquit medetur animas inanes sollicitudines detrahit a cupiditatibus liberat pellit timores. Et sene. ad lucil. epistola. xvi. hec īquit quieta est ⁊ contemni non potest. quinimo apud pessimos honori est. Et aug. xxij. de ciuita. dei. ca. xxij. philosophia inquit vel sapientia est donum dei ⁊ auxilium contra miserias huius vite. De qua loquens apulcius in li. de deo socratis in fine hac inquit camitante omnia horrenda vlixes subijt: oīa aduersa superauit: ea q̄ppe adiutrice demeauit ad iferos: sed ascēdit sylla nauigauit sꝫ ereptus est: charibdi trāsiuit: nec detētus est. ad lotophagos accessit nec remāsit: sirenes audiuit nec accessit. Nec enim aliud in eodem vlixe omerus docet: nisi ꝙ semper ei comitē voluit esse prudentiā quā poetico ritu mineruam nūcupauit. Nūquid ergo sapiētia amabilis est: que aduersis succurrere solet Reuera sic. Ipsiꝰ aūt amor vt sepe diximus philosophia est. De qua tulli. in tusculanis questio. li. v. Philosophia inquit est vite dux: virtutum indagatrix: inuentrix legum. magistra morum ⁊ discipline. Nam ipsa est lex vite vt inquit sene. ad lucil. epistola. xcviij. Ipsius ergo studiū commendabile est: dū modo licito terminetur fine quia nichil prodest philosophari nisi finis sit adeptio vite beate. Unde refert augusti. iij. li. sermo sermone. lxxiiij. de quodam philosopho iohanne. cui cum quereretur quare philosopharet: respondit ꝓpter vitam beatam: ⁊ querenti quando haberet illam Respondit cum hoc corpus relinquo in terram. Itaqꝫ finis philosophice vite honesta est per quam vita beata potest adipisci Ideo seneca epistola xciij. in fine epistole scribe vt dū scribis: legas omnia ad mores et sedādam rabiem effectuum. Et illi ergo philosophi nuncupari non merentur quorum finis non est correctio morum Unde policratus li. iij ca. ix. loquēs de philosophis sic ait. In ipsis īquit fuit imago virtutis ⁊ vtinam inueniatur in nobis qui virtutis imaginē teneat. Quis vmbras virtutum induit quibus videmus floruisse gentiles. Quis enim themistoclis diligentiam frontonij grauitatem: continentiam socratis: fabricij fidem pudicitiam scipionis longanimitatem vixis cathonis puritatem titi pietatem imitatur. Hi enim laudabiles viri quasi quedam seculorum suorum sidera splenduerunt illustrantes tempora sua. Hec ille quis ergo sapientiam amicam sibi non constituet ex quo laudē ⁊ omnium bonorum genera prestat.

Capitulū. xiiii. de famosis illustribusqꝫ philosophis qui sapientiam amauerunt.



Plurimi philosophi sapientie studio floruerunt inter quos septem precipui dicti sapientes extiterunt: vt tāgit aug. xviij. de ciui. dei. capi. xx. quorum muneribus sublimata est ciuitas atheniensium quorum responsis tanq̄ celestibus oraculis totus orbis certificatus: et tanq̄ septem planetis nō erraticis illustratus. Phi

loſophoꝛuʒ tamen nomina queſo ⁊ lau des ſpeſicemus. Refert enim a gel.li. xxi. ꝙ ſolum fuit vnus ex ſeptem ſapi entibus qui pꝛimus athenienſibus le gew inſtituit. Et vt refert pompeius li bꝛo.ij. Athenienſes loco legum libituʒ habebant ſed fuit ſolum vir inſignis e lectus: vt leges ciuitati pꝛopicia ſede ret quod feciſſe non dubitatur. Hic au tem ſtudioſiſſimus extitit pꝛoximuſcꝫ moꝛti ſapientie indagini vacabat vt re fert valerius libꝛo.viij.ca.vij. Rurſus veritatem dicere non timuit: quem pꝛo ut refert tullius libꝛo de ſenectute.

Phiſiſtratus tyrannus cum interro gauit. qua ſpe fretus tam audacter ſi bi reſponderet: reſpondit ſenectute.

Quaſi diceret pꝛo dicenda veritate ſe paratum moꝛi. Rurſus anaxagoꝛas ſa pientiam ſic amauit: vt ſenatum ad eiꝰ contemplationem faʒeretur. Qui etiã videns ſuas poſſeſſiones deſertus mi nime curauit: vt inquit valerius libꝛo. viij. capitulo octauo moꝛtemcꝫ contem pſit. Unde ſicut refert tulius in tuſcu lañ. queſtioni. libꝛo pꝛimo. Cuidaʒ que renti ante moꝛtem: an in patria ſua vel let deferri reſpondit: non eſt neceſſe.

Undicꝫ enim ad inferos tantumdẽ vi te eſt. Ceterum diogenis philoſophi ſa pientiam legimus: qui ob eius amoꝛeʒ diuitias contempſit: vt refert hieroni mus contra iouinianum omniibuſcꝫ vẽ ditis ſolum palliolum pꝛo veſte reſer uauit: et in doliovolubili pꝛo domicilio moꝛabatur: vt tangit. iuue. libꝛo pꝛimo ſatyra ſecunda. vnde gloꝛiabatur ꝙ fu erat ex diuite factus pauper: nilcꝫ ſibi deerat: quia nil deſiderabat: iniurias quocꝫ non timuit. Unde cum quidam adoleſcens faciem eius conſpueret ira tus non fuit: vt refert ſeneca libꝛo ter tio. de ira ante finem. Cuncꝫ etiam qui dam dictus lentulus in faciem eius cõ ſpuiſſet: loco vindicte ſuam faciem ab ſterſit. Hic etiam moꝛi non timuit. nec ſepulture faſtum queſiuit. Quinimo vt refert tulius in tuſculanis queſtionibꝰ libꝛo pꝛimo. moꝛiens iuſſit ſe pꝛoijci in humatum ſeu inſepultum. Rurſus com memoꝛemus ſocratis laudes qui pꝛin ceps fuit philoſophie. et de celo eam euocauit et in nubibus collocauit vt in quit tullius: vt ſupꝛa. Huic auteʒ ſocra ti comes fuit ſpiritus ipſum in multis erudiens: ſicut ait apuleius qui pꝛe li batum ſpirituʒ deum ſocratis credidit et ob hoc libꝛo de deo ſocratis intitu lauit. Hic autem ſocrates nil de ſe pꝛe ſumpſit: inimo ſe nichil ſcire affirmauit vt ponit commentatoꝛ ſuper pꝛimo li bꝛo ethicoꝛuʒ vite quocꝫ ſobꝛijſſime ex titit: vt refert a gellius. libꝛo. xxi. Pa tientiſſimus etiam fuit: vt refert ſene ca epiſtola. xvij. Exempluʒ inquit ſi de ſideratis accipere ſocratem ſenem per omnia aſpera iactatum inuictum: quia ſcilicet in aduerſitatibus patientiſſimꝰ fuit. omneſcꝫ diuitias contempſit: vt in quit tullius. v. de tuſculanis queſtioni bus. Unde et pꝛinceps philoſophoꝛuʒ meruit fieri: ydolacꝫ venerari recuſa uit. Unde tullius vbi ſupꝛa tacito indẽt de philoſophis ſocrate contentus qui in contumelia deoꝛum quercum ⁊ canẽ diligebat. Sed et pꝛopterea moꝛtuus eſt ſocrates: qꝛ deos deſtruebat. vt re fert boetius pꝛimo de cõſolatione. Et auguſtinus libꝛo de vera religiõe. ca. ca. i. ipſũ cõmẽdat: eo ꝙ per deos iura re cõtẽpſit. Uñ refert cõmẽtatoꝛ boe mentatoꝛ boetij ꝙ ſocrates vnicum de um pꝛofeſſus eſt in cuius nomine vene num ſumptum ſibi non nocuit: ſed ĩ no mine plurium deoꝛum venenum ſume re coactus moꝛtuus eſt. Sed quis ſo cratem docuit vnum deum pꝛofiteri ni ſi vera ſapiẽttia cuiuus amatoꝛ extitit ſuiſcꝫ doctrinis compleures ſui tẽpoꝛꝫ homines illuſtrauit nec tirannoꝛum mi nis territus eſt ſed potius eodeʒ vultu quo trigita tyrannos ſolus aliquãdo ĩ

ordinem redegerat:eodem vultu car=
cerem intrauit nec enim poterat carce
re videri in quo ſocrates erat vt refert
ſene ad helinā. Et idem ſene. li' de pro=
uidentia poſt principium. Socrates in
quit illam potionē publice mixtam nō
aliud ꝗ̃ medicamentum immortalita=
tis obduxit de morte diſputauit. vſqꝫ
ad ipſam ſuamqꝫ mortē preſomniauit.
vt refert tul:li.i.de diuinatione. ſepul=
ture quoqꝫ culmen ſpreuit vt tāgit tul.
in tuſculanis queſtionum. li.i. ante finē
Ceterum platonis philoſophi laudes
quaſi diuini non pretermittamus quē
multi referunt non aliter niſi de partu
virginis editum. vt refert anaxilides
li.iij. philoſophie. Cuius narratio licet
falſa ſit. Platonis tamē laudes a ſcri
bit de quo etiam narrat tullius li.i. de
diuinationibus ꝙ cum in cūctis paruu
lus dormiret. apes in ſuis labiolis con
ſidebat ſueqꝫ future facundie ſignū fu
iſſe reſponſum eſt. Cuius etiam pertus
matri eius ex quadam diuina reuelati=
one intimatus eſt:vt haetur in li. qui di
citur de ſua. Hic etiam plato egyptum
parteſqꝫ italie tranſcurrit. vt philoſo=
phie doctrinam adipiſceretur. Unde
ad tantam eminētiam philoſophie ſuo
ingenio atqꝫ ſtudio peruenit vt tam an
teceſſoribus ꝗ̃ etiam ſuſſceceſſoribꝰ phi
loſophis imperare viſus ſit: vt refert
policra li.vij.c.v Unde cicero platonē
vocauit deum philoſophorū vt refert
augu. contra iulianu li.i.ca.iiij. ante fi
nem. Hic etiam plato libidinū atqꝫ con
cupiſcentiarum ſectas fugauit:⁊ ab vr
be recedens villam achademie pro ſtu
dio philoſophie elegit. et de morte co=
gitans nullam complacentiam in mun
do cōſtituit. Unde philoſophiam medi
tationem mortis dixit vt refert macro
bius li. ſaturnalium. hunc etiam plato
nem ceteris philoſophis aug. prefert
viij. de. ci. ca. viij. Et idem auguſti. in li.
cōfeſſionum fatetur ſe legiſſe in libris
platonis principium euangelij iohan.
vbi habetur. In principio erat verbum
erat apud deum. Hunc etiam platonē
inuumerabiles hyſtorie commendant
eiuſqꝫ doctrina legitur laudibꝰ digna.
nam medtnationibus ſapientie. ita in=
heſit:vt cogitando ⁊ meditando more
tur et ipſum ad deos trāſlatum eſſe fer
tur anno vite ſue. lxxxi De cuius obitu
refert policra libro vi:ꝙ ſole celoviſus
eſt cecidiſſe eo die quo philoſohorum
princeps plato rebus exceſſit humanis
Rurſus ariſtotelis eius diſcipuli ſum=
miqꝫ philoſophi laudes trāſcurramus
qui cum iuuenis eſſet doctrinā eloquē=
tie docebat. vt habetur in commentis
omeri. et cum factus eſſet. xvij. amoruꝫ
philoſophari athenis acceſſit. ⁊ cum ſo
crate tribus annis moratus eſt. Et ſo=
crate mortuo platoni xx. aunis adheſit
Poſt mortem vero p̄lonis vixit. xxiij.
annis in quibus partim docuit alexan=
drum ⁊ in parte libros compoſuit. cuiꝰ
conſilio fuit alexander doctus qui poſt
modum noti orbi imperauit. De quo
ariſtotele loquens auguſtinus. viij. de
ciui. dei. ca. ij. Ariſtoteles inquit plato
nis diſcipulus vir excellentis ingenij.
ſectam peripateticam condidit. Et tul.
libro.i. de diuinatione. ca. ij. Ariſtote
les inquit ſingulari et pene diuino ige
nio floruit. fuitqꝫ vite moderate et vo=
luptates reſpuebat repuendaſqꝫ dice=
bat vt inquit vale. li. xli. c. vij. Hunc
etiam egregium philoſophium nuncu
pat auicenna libro. iij. ſue metha. ca. v.
⁊ principem philoſophorum raby moi
ſes ipſum appellat. Ceterum alij philo
ſophi fama grādi et nomine floruerūt
ſed xenocrates mundi comdemptor di
uitiarumqꝫ ſpretor. Nam alexādri mu
nera repulit vt refert tul. in tuſcul. qōni
bus li. v. Floruit etiam phedron ſocra
ticus qui librum de inmortalitate edi=
dit vt refert. gel. libro. iij. Floruerunt
apuleius pſeuſippus virtutibus in ge=
nio quoqꝫ grandi. Theofraſtus quoqꝫ
ariſtotelis diſcipulꝰ plurimos ſcripſiſ
ſe libros fertur. Pithagoras quoqꝫ ſa
pientie ſtudio totam ſollicitudinem ſu

am exibuit qui cum interrogaretur an sapiens esset. respondit quod nõ sapiẽs sed sapientie amator extiterit itaqȝ hoc nomen philosophus ex tunc manauit. vt ponit tul. in tusculanis qõnibus li. v Nam philosophus amator sapientie i terpretatur. Hic etiam pitagoras musi cam adinuenisse fertur vt ponit mar= crobius libro. post principium. Rursꝰ chardeades fuit vehementissimi studij vt ponit valerius libro. viij. ca. vij. Et demosthenes industriosus extitit τ elo quentia perfloruit. Isocrates quoqȝ do critꝰ τ hypo sapiẽtie studio viguerũt vt tangit a. gel. li. ij. Rursus xenon cõstã= tia atqȝ moderantia et taurus patiẽtia stociusqȝ magnanimitate philosophi il lustres floruerunt. Rursus laudes inu merabiles de macro tullio. de chlione de seneca de plinio de scribi possẽt quo rum laudibus breuitatis causa preter missis concludamus philosophos illu= stres dono sapientie quam dilexerunt extitisse.

Capitulũ. xv de studiis atqȝ sectis philosophorum.



Philosopho= rum. varie secte diuersaqȝ studia cõmemorantur. Unde iter sectas famosas quedaȝ peripatetica di= cta est quam ari= stoteles cõdidit Alia autem secta philosophorum di= cta fuit stoicorum cuius princeps fuit zeno et crisippus: vt ait a gel. τ recitat aug. ix. de ciui. dei. ca. iiij. Et seneca ad elbiam dicit ꝙ a zenone in cepit rigida et virilis stoicorũ sapiẽtia τ apud istos dolor dicebat idifferẽs τ nõ malũ. Di cebãt eni ꝙ passiones nõ cadũt in sapi= entẽ Et teste tul. li. iij. de officijs ca. ij. i. dicebãt sapientes esse amicos sapienti bus et nichil esse ambilius virtute. vt ponit tulli li. i. de natura deorum Dice bãt etiã omnes in scientes insanire: vt ponit tullius in tuscu. qõnibus. li. iiij. Ceterum alia fuit secta achademicorũ ꝗ dicti sũt ab achademia ciuitate. quaȝ plato pro studio elegerat: τ ex qua ori undus erat qui de singulis dubitabãt nilqȝ affirmabãt certum quorũ opinio= nem videtur confirmasse eraclitus. Ueruntamen in hoc defecerũt quia nil certum crediderũt: quia saltem apud eos certum erat nil certum esse prout arguit augu In plurimis tamẽ sciẽtijs et virtutibus. huius secte philosophi clauerunt licet in predicta opinione de fecerunt. Insu per alia fuit epicurio at heniense qui posuit voluptatem esse sũ mum bonũ vt potuit a. gelii. li. xiiij. Ponit etiam duo esse bona scilicet cor pus sine dolore τ animũ sine perturba tione vt ponit seneca epistola. lxvij. ad lucillum. Huiusmodi autem seca si fe= licitatem in voluptate carnis posuerat reprobanda est. si autem in voluptate mentis supportanda est. Et ita posuis= se epicurum seneca arbitratur. libro de constẽtia sapiẽtis et libro iiij. de bene ficijs. ca. ij. vbi delarat epicure eorum felicitatem in voluptate mentis credi= disse. His igitur narrationibus aperte ostenditur multiplicem fuisse philoso= phorum sectam oium tamen finis fuit attingere sapiam et licet ad diuinã nõ pueniet humano tñ ingenio artibus in uentionibusqȝ humanis intẽderũt: ap= propriantes grammaticam lune: logi= cam soli rhetoricam veneri arithmeti= cam marti musicam ioui geometriam saturno astronomiam aliaqȝ scrutinia alijs cõscripserunt. Horũ insup quedã famosa studia commemorãtur que oli a principibus studiosis exordium acce perunt Utinam ab indoctis principibꝰ casũ here nõ incipiũt. vnde alexander nequam lib. de naturis reruȝ commemo randa antiqua tempora sic ait. O feli= cia antiquorum tpa in quibus ipi impe ratores mundum: substantes seipsos

philosophie dederunt vt alexander: iulius tholomeus. qui fuerūt viri studiosi. Et subdit cuiuslibet regni gloria creuit in inmensum q̄diu artium floruerūt studia. victoria enim militie et gloria philosophie quasi simul concurrunt. Nam ex quo greci romaniqꝫ studia p̄diderunt extunc semper deciderūt Unde regnantibus atheniensibus minerua id est sapientia colebatur vt refert aug. xviij. de ci. dei. Numerus ergo q̄ philosophorum famosa studia fuerūt et cum historio graphis tria dicamus fuisse ceteris solenniora studia quorū primū atheniense ſm romanum et tercium parisiense. De stustio aūt atheniē si refertur q̄ sollennissimū extitit. Unde ciuitas athenarum nutrix fuit liberalium artium atqꝫ philosophorū. Unde hiero. prelibatam ciuitatem commē dat dicens studio aptissimam fuisse. primoqꝫ leges tradidit. aliisqꝫ ciuitatibꝰ in ira transmisit. In qua fuit dionisius christiane religionis doctor eximus.

Huius autem studij scilicet atheniēsis introitus solis patentibus p̄mittebat. Unde ad portam ciuitatis sedebat senex ad obiurgandum volentes intrare et si videbat signa impatientie repellebantur si autem patientie admittebat. Aliud autē studiū solāt dictū romanū in quo floruit itaculum genus philosophorum Ibiqꝫ refulserūt iulius cesar. catho virgilius tollius. Nam de iulio q̄ floruit patet lib. de vita cesaris. De cathone narrat solinus li. Ibiqꝫ docuit rhetoricā aug. vt ipemet fatetur li. v. confessionū. Ceterū aliud studiū et terciū dictū est. parisiense quod florere cepit tempore karolimagni quod quidē studiū alcuynꝰ de romo ꝓtulit Huiusqꝫ studij quattuor fuerūt fūdatores scilicet rabanus: alcuynus claudiꝰ. ⁊ iohannes scotꝰ. Et prout narratur in chronicis mettopolita arelatentiuꝫ tempore karoli magni duo monachi scoticū mercatoribus ad franciam accesserunt et interrogabant si quis sapientiam emere vallet. Ob hoc plurimi stultas ipos putabant Nichilominꝰ tamen hec verba ad regem peruenerunt quibus adductis interrogauit an sapiētiam haberent quem vendere vellent qui responderunt q̄ sic. Quibus ex quid pro ea vultis. Qui respōderunt tria petimus locum oportunum discipulos ingeniosos et victum cum vestitu. Quibus concessis studium parisiēse inceptum et ex tunc dilatum est. Tunc vero temporis erat quoddā castrū dictum iscos sic dictū a nomine cuiusdam dee dicteisis q̄ ibi colebatur quod castrum meldunum nunc vocatur et inde parisius nomē accepit q̄ dicitur parisiusquasi pariseos Nam in hoc parerat quia supra secanā quēadmodū meldunum sit De hac ciuitate purisiensi loquitur boetiꝰ .i. de disciplina scholariū. In ciuitate inquit iulij que parisius dicebatur multas artes mendicare prospeximus. vbi ait expositor q̄ iulius sesar ampliauit parisius. sed non fundauit.

Capitulū. xvi. quō magice artes sūt inutiles ⁊ re ꝓgrāde



Agice artes nō sunt nisi seductiones ⁊ ad inuētōes diaboli ⁊ ideo iter numerū scientiarū nō debēt situari sed potiꝰ resecari debēt tanquā herbe male nullatenꝰ seminare ī agro vere sapiē. Solēt autē artes magice noiari septē. Quedā enī dicitur geomantica cuius diuinatio fit in terra geos enim idem est q̄ terra et mātia diuinatio nuncupatur. Secunda dicitur hidromātia. ab hidros quod est aqua. q̄ eius diuinatio ī qua fieri solet Tertia dicitur aeromātica cuiꝰ diuinatio in aere fiat. Quarta dicitur pyromātica: q̄ fit inigne. Nā pyridē est q̄ ignis. Quinta dicitur chiromātia cuiꝰ

diuinatio ſolet fieri in manibus. Nam chyroſdem eſt ꝙ manus. Sexta dicit armomantica cuius diuinatio ſolet fieri in ſcapulus beſtiaruꝫ nam armis ſcapula eſt. Septima dicitur nigromãtia cuius diuinatio ſolet fieri cum inuocationibus demonum qui nigri comparatione dicuntur. Harũ autem artiũ magicarũ tanta eſt ſuperſtitioſitas vt non ſolum veritatem non contineãt quinnimo ſolos mendatijs replete ſũt nec ſolum male ſunt qꝛ pꝛohibite immo potius ideo pꝛohibite qꝛ peſſime et vſquequaqꝫ friuole ſunt. Uerum qꝛ taliuꝫ artium amatoꝛes hec dicta volunptaria reputarẽt niſi oꝛatione aliq̃li oſtãderãtur. Inquiramus ergo an aliq̃ in pꝛedictis artibus veritas contineatur ⁊ rõnibus repõdeamꝰ eoꝛum in qua opinari videtur. Scrutãdo igitur dubietatis huius veritatẽ: catholice pꝛofiteri habemꝰ pꝛedictas artes ⁊ quaſcũqꝫ ſimiles: friuolas innutiles. falſidicas omnino exiſtere. ĩparumqꝫ ſtudiũ multi ſapienti cõgruare. Unde leuiti. xix. pꝛecipiendo dicitur Ne declinetis ad magos nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini. Unde ſaul. Abſtulit magos ⁊ ariolos de terra ⁊ interfecit eos q̃ phitones habebant in ventre. vt dicit. i. regum. xviij. Poſtmodũ tamẽ cõſiliũ a muliere phitoniſſa accepij ⁊ non ſperauit in domino ideo interfecit eum dñs ⁊ tranſtulit regnum eius: vt dicitur. i. paralipo. x. Rurſus et manaſſes a dño punitus fuit eo ꝙ ſomnia et auguria obſeruauit. magos quoqꝫ ⁊ incantatoꝛes habuit. vt patet. ij. paralipo. xxxiij. vnde eccle. xxxiij. dꝛ ꝙ diuinatio erroꝛis et auguria mẽdatia ⁊ ſomnia malefacientiũ vanitas eſt. Et zacharie. x. dicitur ꝙ diuini viderunt mendaciũ ſomniatoꝛes loquunti ſunt fruſtra. Sed reſtat vt rationibus obijcientium reſpõdeamꝰ Quis enim dicere poſſet ꝙ cum demonibus loqui peccatum non: eſſet quia et hoc feciſſe chꝛiſtum legimus: vt patet mathei quinto vbi habetur ꝙ chꝛiſtus demonem interrogauit dicens ei. Quod eſt nomen tuum. Qui reſpondit egio muli eni ſumus. Si ergo nigromantia cum demonibus loqui doceat hoc pꝛohibendum non apparet. Huic autem am bignitati fas ⁊ reſpondere. Dicendo ꝙ demonem interrogare nigromãtia non eſt: ſed foꝛtem aut ſpem conſtituere in demonibus ſuperſtitioſum eſt quod xp̃m feciſſe abſit vt credamus. ait enim vade retro ſathana. Huic autem acſponſſioni alludit beda matthe. viij. Rurſus diuinationes quedã aſtrũunt veridicas Nam ſauli interrogauit de euentum futuri bili a a muliere habẽte ſpirituũ phitonicũ reſponſũ fuit illud quod poſtmodum accidit vt patet. i. regũ. xviij. Uidẽtur ergo diuinationes. veritatem continere quod abſit. Nam demones qñqꝫ vera ſecratoꝛes ſed ſubtilliſſimus ille mendax ideo vera quandoqꝫ pꝛofertur vt ſuis mendaciJs aggreget fantoꝛes nan mentitus ſi ſemper fuiſſet quis ei crederet nullus Nimirum ergo ſi dinatoꝛes quandoqꝫ verum dixiſſe legamus. hoc tamen ex ſe non habet ars magica aliqua ſed dyabolica aſtutia vera quandoqꝫ pꝛopinat vt ad ſuperſticioſam crudelitatem homines alliciat vnde auguſti. libꝛo. de do. chꝛiana concludit ꝙ ommes tales artes oꝛdinantur ad malũ finẽ. vt putã ad deceptionẽ ⁊ idolatria ſpeciẽ. Sed q̃d dicemꝰ de ioſeph q̃ auguriari ſolebat cũ cipho q̃ poſitus fuit in ſaco beniamin vt patet geneſi xliiij. Uidet ergo ꝙ auguriari non ſit illicitũ. Hic dicimus ꝙ ioſeph tantũ modo ſe diuinatoꝛem fingebat ⁊ viſuis fratibus terroram induceret omnes enim ſuas fratre cognoſcebat. et tamen per augurium ipſoſqꝫ ſe non cognoſcere: ſimulabat Rurſus qui dicemus quoniã inauibus auguria quedã fieri credũtur. Unde hiere. viij. dicit ꝙ miluus in celo cognouit tempus ſuũ. Refert etiam cu-

tropius quomodo romulus a vulturibus suum futurum imperium didicit et karolus magnus hoc idem auium vociferatu accepit. His vero non obstātibus auguria vana sunt. Auium tamen nature multe sunt et temporum varietatem quandoque designant nec diuinatio est temporis qualitatem ab auibus accipere. Quinimo vera philosophia est: sed superstitio iam vanitatem adhibere vanitas et superstitio est. Ministerio tamen diuino aut fortassis diabolico iuuamine multa miranda cum auibus fieri potuerunt. Nulla est tamen in auguriis adhibenda veritas: nisi quantum ex rerum naturis temporis cōmunes passiones accipi possunt. Et hoc est quod credimus hieremiam de miluo dixisse velle. Rursus quid dicemus quia narrat iosephus. ix. li. antiquitatis iudaice qualiter in destructione ciuitatis hierusalem quidam exorcista iudeorum mediantibus herbis quibusdam et aliquibus carateribus quendam demoniacum a demone liberauit: et hoc factum fuisse coram tito et vespasiano refert. Potestas etiam hoc faciendi erat exorcistarum iudeorum prout affirmabat: et in signum expulsionis demonis ponebant peluim aqua plenum et demō exiens subuertebat: alis autem subuersio suum exitum designabat. Albertus etiam de mirabilibus multa mirabilia refert facta in partibus germanie mediantibus caracteribus impressis in lapidibus preciosis. Ex quibus narrationibus videtur sortem merito posse poni in his qui per diuinationem fiūt. Nichilominus tamen oportet vt dicamus nullam in istis virtutem existere. negare tamen non possumus mirabilia quam plurima mediantibus herbis et lapidibus facta fuisse. t alium autem virtus non magica sed naturalis est. De caracteribus autem dicemus nulam virtutem ipsos habuisse: sed omnia que facta sūt aut ex virtute officij: aut ex fraude demonis peracta fuisse credere libet.

Uirtus autem officij hec potuit esse quia exorciste etiam veteris legis sub vocationis et dignitatis ratione quedam agere potuerūt: et sicut de nostris acolitis dicimus: sic fortassis super demones aliqualem et forsitan magnam potestatem habuerunt. Ceterum quid dicemus de arte notoria que artem magicā sentire videtur. Plures enim ipsam asserunt validam: veracem: et efficacem. Huius autem artis libellos duos vidi michi alieno motu exhibitos: quorum vnus incipit. ego sum alpha et o. cuius compositor tholomeus creditur. Alius vero incipit. Aue gratia plena: cuius inuentor iohannes monachus carnotensis refertur. quorum librorum volumina prima facie grata apparebant et diuinationibus quam plurimi fauere videbātur: pluribusque testimoniis predictorum compositorum quilibet suum intentum astruebat. Quid ergo dicemus nunquid arti notorie prebebimus fauorem etiā diuinationes aspernando. Hoc neque quia magicis artibus atque diuinationibus ars notoria valde et nimis vicina est. Sed restat vt satisfaciamus predictis testimoniis. Ipsis autem satisfacere facile est. sibi enim mutuo contradicentes seipsos interimunt. Nam iohannes monachus carno. artem tholomei repudiat et omnino calumniari nititur. eo quod verba quedam occulta i arte tholomei inseruntur: quibus vt affirmat: diaboli inuocantur. Sed mirum vt ipse iohannes hoc dicere non vereatur. viso quod sue artis fabulosum compendium eundem continere defectum inuenitur. verbis quoque extraneis et occultis vtens potius decipere quam instruere videtur: et scientiarum infusionem sub tali forma deposcit: vt narrare non nisi delusio sit. Huius ergo artis compositores sibi contradicunt et hoc ideo est: quia ex regno diaboli sunt. omne autē regnum in se diuisum desolabitur. Nunquid etiam scientia dei donum est: dicēte apostolo. i. corint. xij. Hec inquit ois

operatur vnus atqꝫ idē spūs sclꝫ sāct⁹
diuides singulis ꝓut vult. Stultuꝫ est
ergo arbitrari sciētia acq̄rere posse di
uinū deserendo cultum. Nam augu.x.
de ci.dei allegat prophirium fatentem
⁊ dicentē ꝙ ab operationibus demonū
nō consurgit purgatio anime nec ido=
neitas intellectus.nam soli deo conue=
nit scientias infundere. Sic eni legim⁹
salomonis sapiētiā a dn̄o infusaꝫ fuis=
se vt dicitur.iij.reg.ij.⁊.ij.paralipo.i.
Similiter etiaꝫ fuit infusa in apostolis
Vn̄ luce.xxi. Ego iquit dabo vobis os
⁊ sapientiaꝫ cui nō poterūt resistere ad
uersarij vestri. Adhuc restat vt dica=
mus cur demones non possint scienti=
as infundere cum possint corpora trās
mutare vt inquit aug.li.i.de trini: Hic
dicimus demones multa reuelare pos=
se: deo permittente q̃tum tamen in eis
est semper decipere petunt Ab ipsis er
go si aliquod bonum procedat non ip=
sorū sed dei donum est. Quis ergo taꝫ
amens vt deo spreto: pro scientijs dya
bolum imploret. Omnia eteniꝫ dei sūt
Unde augustinus.xxi.de ciui.alliciun=
tur inquit demones per creatura quas
non ipsi sed deus condidit. Si ergo de
us condidit omnia quis alium inuoca=
bit. Fortassis dices ꝙ ars notoria dya
bolum inuocare non precipit: sed poti=
us ieiunijs ⁊ orationibus vacare iubet
Hec auteꝫ nunquid honesta ⁊ bona sūt
Dicemus quoniam ieiunare ⁊ orare q̃
tum ex se bona opera sunt: dummodo
finem bonum pretendant: sed finis ille
non bonus est: quando quis suis operi
bus fortem adhibet: credens cerimoni
as huius virtutis existere vt scientias
in momento acquirat. non sufficit ergo
vt bona opera videantur: sed congruit
vt bono inuitantur fini. Unde aug.li.i.
de doctrina christiana cerimonias ma=
gicas malas asserit q̃tumcunqꝫ bone
videantur: quia malo inuituntur fini.
Eeandem sententiam tangit chrisosto.
super mathe. Adhunc restat vt de som
nijs inquiramus an scilicet reuelatio=
nē aliquam inuenire videantur. Plu=
res enim dicunt omne somniuꝫ aliquid
designare futurum vel venturū. Et ad
hoc roborandū quedā possunt allega=
ri Nam gedeon qui positus est ī nume
ro sanctoruꝫ vt patet hebre.xi. ipse cre
didit interpretationi somnioꝝ vt patet
iudich.vij. Joseph quoqꝫ interpretat⁹
fuit somnium pharoinis vt habetur ge
nesi.xl. Et daniel interpretatus fuit sō
nium regis babilonie: vt apparet dani
elis.ij.⁊.iiij. Auertis etiam super libro
de somno ⁊ vigilia dicit somnia esse ab
angelis. Nunquid igitur sommia que
dam sunt futurorum signa ⁊ fere que=
dam presagia Ex predictis sic apparet
sed obstat illud deutro.xviij.non inueni
etur in te qui obseruet somnia. Et ca=
tho ait. Somnia ne cures. Huius autē
cōtrouersie enodatio talis est. Dicim⁹
enim ꝙ somnia quandoqꝫ sunt signa fu
turorum eo ꝙ quandoqꝫ causantur iux
ta dispositiones corporis vel temporis
Unde alber. magnus super li. de som=
no ⁊ vig. narrat qualiter quidam som=
niauit semel ꝙ pix nigra fūdabatur su=
per pectus suuꝫ ⁊ in crastinum coleraꝫ
nigram emisit quamobrem idem alber
tus cuꝫ aristotele concludit ꝙ medicis
prodest de somnijs interrogare: quia
quandoqꝫ sunt signa qualitatis corpo=
ris hoc autem modo somnia interpre=
tare non supersticiosum: sed rationabi=
le est. Alia vero modo contingit inter
pretari somnia scd̄m diuinam reuelati=
onem iuxta illud numeri.xij. Si quis
fuerit inter vos ꝓpheta dn̄i: apparebo
ei: vel per somnia loquar ad illum Hoc
eniꝫ modo somnia interpretari magnū
et laudabile est: sed non omnibus con=
cessum. Hoc autem modo ioseph et da
niel vt pie creditur somnia interpreta=
ti fuerunt. Si quia autem somnia inter
pretetur secundum voluntariam conie
cturam aut supersticiosam adhesioneꝫ
seu demonis suggestionem: talis inter=
pretatio friuola ⁊ vana est: et a religio
ne cristiana recedit. His ergo rationis

bus cõcludamus somnia diuinationes artesqꝫ magicas nullius existere vtilitatis. quamobrem merito probentur i decreto. xxvi. q. ij. ⁊. v. Et deutrono xviij. dicitur non sit qui phitones cõsulat neqꝫ diuinos. Ex quibus omnibus concluditur predictuꝫ probleuma siue prouerbium.

¶ Sophologij liber primus finit.

¶ Sophologiĳ liber scd̄s qui est de inuẽtione sciẽtiaꝝ feliciter incipit.

¶ Capitulũ primũ. de grãmatica et eius inuentoribus.



Rammatice exordiũ iuẽtoresqꝫ narrare expedit. Ad cuius euidẽtiã aduertẽdũ ꝙ grãmatica dicitur ad grãma littera ⁊ icos scientia: qꝛ est sciẽtia de litteris ⁊ cõsequẽter de idiomatibus. Unde aduertẽdũ ꝙ grãmatica docet idioma congruũ ⁊ artificiosuꝫ cõmune nationibus multis que diuise q̄tũ ad linguagia propia oliꝫ fuerunt. Unde autẽ processit liguaꝝ diuisio satis patet ex lib. genesi. Isidorus etiam libro. ix. ethicoruꝫ narrat diuersitatem liguaꝝ exortã fuisse edificatione turris babilonice. Naꝫ quidã mẽroth dictus sup̄bia tumescens: vt populo dñaretur secretaqꝫ dei audire posset: turri altissimã cõstruxit: sed occasione sup̄bie eius linguas diuisisse credit̄ deꝰ. prius eniꝫ lingua vnica erat. Idiomatũ vero multitudo secũdũ aliquos numerata est numero filioꝝ qui ꝓcesserunt a filijs noe. Sciẽduꝫ igitur ꝙ a filijs noe ꝓcesserũt gentes septuaginta tres: vel scd̄m aliquos septuagĩta due scilicet ab ipso sẽ xxvij. ab ipso cham xxxi. ⁊ ab ipso iaphet. xv. ⁊ totidẽ ligue diuidi ceperũt Aduertẽdũ tamẽ ꝙ tres sũt ligue principaliores ceterisqꝫ excellẽtiores. scilicet hebrea: greca: ⁊ latina. Inter quas linguas prima fuit hebrea omniuꝫ linguarũ mater nũcupata. Utũtur autem hebrei. xxij. litteris quaꝝ inuentor creditur moyses. Syrorum autem et caldeoꝝ littere creduntur ab abraham inuente fuisse. Hebreoꝝ autẽ et caldeorũ ⁊ sirorum littere in numero ⁊ sono concordant solis autẽ caracteribus ⁊ figuris discordent. Egiptioꝝ vero litteras isis regina ymachi filia de grecia veniens in egiptum repperit ⁊ ab egiptijs tradidit. Ureqꝫ egiptij differentes habent litteras: quasdam scilicet pro vulgo ⁊ quasdã ꝓ sacerdotibus. Secunda lingua principalis dicitur greca. Litterarum autem primarũ grecarum vsuꝫ primum phenices reppererant: vt tradit lucanus. Sed cadmus agenoris natus grecas primus in greciam attulit. scilicet. xvij. ⁊ postmodum alie littere addite fuerunt. Nã palamedes de bello troiano rediens tres addidit ⁊ simonides postmodum tres adiunxit et tandem pithagoras samius y grecam prius formauit vt tradit persius Habent autem greci litteras quinqꝫ misticas: quarum vna dicitur theata que mortẽ designat. Nam habet per medium sui tellum seu lineã que signum mortis est Unde iudices olim illam litteram apponebant nominibus illorum quos affligi volebant Secunda littera mistica dicitur y grecum que designat vitã humanam eo ꝙ semper tendit ad natiuitatem more vite humane. Tertia littera mistica dicitur thau. que figuraꝫ habet dominice crucis de qua dictum est in ezechiele ad angelum: transi per mediũ hierusalem: et signa thau in frontibus virorum gementium ⁊ dolentium. Rursum alie due sunt mistice. s. prima que dicitur o. Et istas duas sibi vendicat christus iuxta illud apoca. i. Ego sum alpha ⁊ o principium ⁊ finis. Omnes autem littere apud grecos verba componunt et numeros faciunt. nam alpa significat vnuꝫ vitha duo. gamma tria

delta quattuor ⁊ sic de aliis. Notandū etiam ꝙ omnes littere grece incipiunt noīa sua a propria voce quam habent et dessinunt in vocalem vt deltha vitha ⁊ sic de aliis. Aduertendum etiam ꝙ greci non habent litteram b quinimo ⁊ eius loco habent litteram que dicitur vitha. Uerum q² latini proferunt b ipsam vocāt hetha: sed greci talem litteram nunq̄ ꝓferunt. quia strictis labiis nil consueuerunt proferre sed laxis labiis ⁊ dentibus omīa proferunt. et hoc modo littera b non potest proferri. quī immo sonus littere b nisi stringantur labia mutat ī sonū littere u cōsonātis. Ulterius notandū ꝙ alpha de se apud grecos est. prima vocalis: et tantuʒ valet q̄tum a: sed si iungatur quibusdam vocalibus tunc mutat sonum suuʒ ⁊ fit dipthongus: et similiter dicendum est de epenthe littera ⁊ de lotha ⁊ de omicron que oēs tres mutant sonum suum quando quibusdam vocalibus adiungūtur v vero quinta vocalis apud grecos dicitur pura dipthongus nec solet scribi nisi adiungatur sibi omicron et bypsolon. Rursus sciënduʒ ꝙ iste quattuor littere thita phichi si non habētur apud latinos: sed loco ipsarū plures litteras scribimus. Nam pro thita scribimus th. pro psi. scribimus ps. pro phi. scribimus ph. ⁊ pro chi. ch. Ueruʒ greci etiam carent aliquibus litteris latinis. q² non habent c nec q sed loco ipsarum scribunt litteram kappa. Notandum insuper ꝙ littera dicta epēte hoc nomen apud grecos accepit. eo quintū locum tenet in alphabeto ipsorū. et eūdem locum in alphabeto nostro accepit. nam penthe grece idem est ꝙ quinq; latine. Ulterius est notandū ꝙ greci habent duo liquorū vnū dicitur itha ⁊ aliud iotha. ⁊ habent sonum satis cōformen. In hoc tamen differunt. q² ita est dipthongus: et iotha est pura vocalis ⁊ breuis. Habent etiā greci duplex o: quorū vnum dicitur omicron ⁊ aliud omega: ⁊ habent eundem sonum Differunt tamen in hoc ꝙ omicrom est pura vocalis ⁊ omega est dipthongus vnde omicron id est paruuʒ o ⁊ omega id est magnum. ¶. Rursus principaliter aduertemus ꝙ tertia lingua principalis dicitur latina q̄ plures dicunt esse quadruplicem. Quedam enim est prisca. q̄dam romana: quedam mixta: ⁊ quedaʒ perfecta. Omnes tamen sunt vna lingua sed a modo pronunciandi talis differentia orta est. Nam diuerse ratioēs diuersimode pronunciant esto etiam ꝙ eandem linguam habeant. Sic eniʒ dicimus ꝙ gentes orientales communiter verba formant in gutture sicut hebrei ⁊ syri. occidentales autem formāt in dentibus vt italici ⁊ hyspani. Gētes autem mediterranee verba formant in plato vt greci ⁊ asiani. Ex tali ergo varietate pronunciandi differentia predicta oriri potuit. Sed inquiramus quis litteras latinas inuenit. Refert isidorus qui quo ad ista narratur maximus q̄ nympha carmentis litteras latinas primo tradidit italicis que carmentis alio nomine vocatur nicostrates Uerū xvij. litteras soluʒ exhibuit: postmodū vero alie littere audite sunt. Unde prime littere. xvij. fuerunt iste a b c d e f g i l m n o p r s t u. postmodum autem h littera pro nota aspirationis addita est vnde proprie non est littera sed aspirationis nota vocatur. Litteram etiam q latini in processu temporis inuenerūt loco cuius veteres scribebant. c. Hanc autem litteram scilicet q non habēt hebrei nec greci sed soli latini. Rursus salustius ludi magister primus litteram k adinuenit. loco cuius veteres scribebāt c ⁊ q ⁊ superuacua a quibusdam nominatur. Insup ex tēpore augusti. x. littera adiuncta est. Et postremo tp̄e eiusdeʒ augu. latini a grecis duas litteras mutuauerunt scilicet y grecum ⁊ ʒ propter nomina greca mellius scribenda priꝰ autē loco ʒ scribebant duas ss. ⁊ loco ipsius y greci: scribebant latinum. Omnibusq; cōputatis ex. xxiij. litteris

alphabetum latinorum constare dinoscitur. Rursus grammatice inuētores
enarremus. Nuper enim legi in quadam chronica ⁊ marciniana: latinum
fuisse inuentum a quodam rege romanorum qui nominabatur latinus: ⁊ ex
inde latinū tale nomen accepit. Nostre
vero grammatice plures fuerunt precipuit scriptores sicut donatus priscianus ⁊ alij ꝙ plurimi. Inter quos pōt
numerari ennius qui metra composuit
primus cui successerunt anatheton saphos archilocus simonides calophonicus asclepius virgilius ouidius oratius emerus phetides: vt tradit terentiane. Ceterū refert isido. ꝙ homines primitus scripserunt super folijs maluarū
et hoc narrat catulius Postmodū aūt
greci cum stillo ferreo in certa scribere receperunt ⁊ ex inde romani cū stillo osse scripserūt Unde. id satyra quadem romana dr̄ vertamus vomerēt in
cera mucroneqꝫ aremus ossio. postea
vero ciues ciuitatis nephitis chartas
papireas inuenerunt. Unde lucanus.
Conficitur bibulo nēphitis charta papire et per temporum successum reges
perganemorum vsum pergameni primo docuerunt. Unde pergamenum ita
vocatum est. Et postremo romani menbranis politissimis primo vsi fuerunt.
Ceteruꝫ apud romanos emilliꝰ primꝰ
libros composuit et marcus varro grādem bibiliothicam primitus condidit
Sed pollio bibliothecas. rome prius
publicabit et deinde galterus et omerus greci scribere ceperūt quibus marcus ⁊ terētius ⁊ varro latini successerūt

Capitulum. ii. logica ⁊ eius inuentoribus.



Esta isido. ii: ethimo. Logica est rōnalis scientia in qua
disputatur quemadmodum in rerum causis aut vite moribus
veritas ipsa queratur.
Et dicitur logica a logos quod est sermo eo ꝙ circa sermonem ratio cinancium versatur. Alio nomine etiam dialetica nominatur eo ꝙ disputatio ex duorum sermone conficitur. Hanc autem
scientiam primus inuenit Plato. qui
floruit cathegorijs. Post modū eius
discipulus prophirius. floruit. Hysagogis et. Boetius sophismatibꝰ argutisqꝫ enigmatibus. Aristoteles quoqꝫ
libros quāplurimos scripsit. de hac scientia videlicet librū per yarmernias in
quo agit de terminis. librū predicamētorum in quo agit de ordine terminorū
ad sua genera. librū priorū in quo agit
de silogismis. librum elencoruꝫ in quo
agit de fallacijs. librum posterioruꝫ in
quo agit de demōstrationibus. Augustinus etiam logicā scripsit quā incōpletam vidi. Ulterius aduertendū ꝙ dialetica dicitur ars artium scientia scientiarum siue qa nulla scientia ꝑfecte scientur vnde ydorus li. ij. dialetica est disciplina ad differendas rerū causas inueta. Et diuiditur scd̄m richardum li. ex
scriptorum i grammaticā rōnem differendi sed hec diuisio cōis non est. Alio
ergo mō potest dici ꝙ logica tres habet partes: q2 sed considerat de terminis de propositionibus ⁊ de argumētis
vn̄ argumentatio est subiectum logice
eo ꝙ oia que in logica considerātur ad
argumētationē reducūtur. Argumentationis duo sūt genera q2 quedam est
formalis sicut syllogistica que tenet in
oibꝰ terminis consimili forma retenta
Forma autē tunc tenetur qn̄ qualitas
⁊ quantitas ꝓpositionū seruātur. Alia
est argumētatio materialis que tenet
solummodo gratia terminorū. Cuiusmodi sunt ꝯn̄e in locis. Rursus in dyaletica quedā sophistica dicūtur insolubila non quia solui nō possūt sed q2 de
difficili soluuntur ratione multiplicationis eo ꝙ falsificant seipsa. Ulterius i
logica est quedā ars ꝗ dicit obligationum per quā docetur homo pertiēter
respōdere ⁊ ꝓpter cōcessionem possibi

lis ab ipossibili cauere. Hec aūt oia ⁊ si
milia speciali tractatu idigēt. Pronūc
autē scire sufficit ꝙ dyaletica docet ve
rū a falso discernere licite arguere fal=
lacias euitare ⁊ huiusmodi.

¶ Capitulum tertium. de re= thorica ⁊ eius inuentoribus.



Este isidoro rethorica
est bñdicēdi sciētia. ⁊ sic noia=
tur a copia locutiōis. Nā the
sis apud grecos locutio dicit.
Differt autem rethorica a dialectica in
duobꝰ ꝓut tāgit boetius i thop. Pri=
mo qꝛ dialectica cōsiderat orōnes in se
sine circūstātijs nō curādo de rebꝰ. Re
thorica vero cōsiderat cur quis qñ vbi
⁊ huiusmodi. Scdo differūt qꝛ dialecti
ca vtitur ꝓpositionibꝰ breuibꝰ ⁊ discō=
tinuis. theorica vero cōtinuo sermone
perorat autē sciētie iuētores apud gre
cos fuerūt gorgias hermagora. ⁊ apd
latinos floruit tullius Finis autē retho
rice est sepulchre loqui verū suadere ⁊
huiusmodi quibus orator in suo sermo
ne placidus redditur. Cōtinet autē re
thorica colores varias. Nā quidaꝫ di=
cūtur colore verboꝝ: quoꝝ ornatus cō
surgit ex verbis ⁊ vocabulis cuiusmo=
di sunt repetitio gradatio. Nā repeti=
tio cōsurgit ex repetitione alicuius di=
ctionis in pluribus orationibus conue=
nienter se habentibus: sicut diceremus
supbia fecit cadere potētes supbia re=
nunt amicū. ⁊ parē cōtēnit. supbia semp
petit preesse patitqꝫ recusat. Alij autē
sūt colores dicti sentētiaꝝ: quoꝝ orna=
tus nō ex terminis sed ex rebꝰ ⁊ sentē=
tijs accipit cuiusmodi sunt colores qui
dicūtur similitudo cōtrariū. Sicut eniꝫ
de superbo diceremꝰ hic more lapidis
duri itumescit humilē terrā ex qua pro
cessit nō imitat. de his autē oibus lati=
tius multo alibi scripsi. Rursus aduer
tenduꝫ ꝙ rethorica dicti sunt rethores
alio nomine dicti oratores: quorum in=
stitutio facta fuit pro defensione iuris
reipublice. Unde quintilianus in libro
de oratoria istitutiōe dicit ꝙ orator de
bet esse vir celebris et in repu. debet
tenere statuꝫ mediū nullūqꝫ formidare
iuri assistere decreta tenere. Uñ isido=
rus li. ethimologi. Orator iquit est vir
bonus dicēdi peritꝰ vitaqꝫ moribꝰ ⁊ ar
tibus ibutꝰ: cui scilicꝫ oratori memoria
maxime cōgruit qꝛ teste tullio li. de o=
ratore. Memoria est thesaurꝰ oiꝫ rerū
qui nisi rebꝰ iuētis custodiat: oia i men
te oratoris pereunt.

¶ Capitulū. iiii. de noie poe= trie de actoribꝰ eiꝰ in fine pro pter quem inuenta est.



Lphorabius i libro de
diuisione sciētiaꝝ dicit poetri=
aꝫ esse vltimā partem logice.
vñ dicit ꝙ poetria est sciētia ordinandi
metra scdꝫ ꝓportionē dictionē ⁊ pedū
Michilonnnꝰ tñ poetria proprie nō ha
bet ꝓ obiecto metrificare sed potiꝰ fin
gere siue sit i ꝓsa siue i metro. Uñ poe
tria dr a poyo quod est fingere Huius
autē sciētie multi fuerūt actores famo
si: sicut homerꝰ apud grecos. Uirgiliꝰ
apud latinos. Narrat lactā. li. ij. c. xiiij
ꝙ poetria inuēta fuit a sapiētibꝰ roma
norū. eo ꝙ veritatē clare dicere non au
debāt ab hoc fictis sermonibꝰ loqui di
dicerūt. Uñ ouidiꝰ ob hāc causā libruꝫ
de trigibus cōpegit in quo poetico ser
mone ea descripsit q̄ plano eloquio di=
cere nō audebat. vt patet librū eiꝰ ituē
ti. Rursus sciēdū ꝙ poetria nō est intu
enta ꝓpter mētiri: aut ꝓpter turpia de
dijs fingere Quiimmo bocatius nouel
lus poeta libro de genealo. deoꝝ illos
poetas redarguit. qui suoꝝ deoꝝ canūt
illecebras. Finis ergo poetarū non est
mētiri vel irritare sed ex similitudinibꝰ
rerū vnā pro alia intelligere. ⁊ ita veri
tati semper intenta ficto sermone suuꝫ
conceptum exprimere. Quis enim cre
deret argum habuisse oculos centum
aut hyo in vaccam conuersam fuisse:
aut lycaonem in lupum He enim omēs

fictiones fuerunt: nõ tamen mendacia
Quinimmo aliquas historias veras ad
mentem actoris referunt: et nos alias
hystorias per illas intelligimus: qꝛ vt
plurimum mentem poetarũ ignoramꝰ
Verbigratia si rome virgo aliqua vio
lata fuerit ab ĩperatore: cuius virginis
custos fuisset vir aliquis occulatissimꝰ
⁊ sapientissimus. nunquid virgilius ra
tionabiliter fingere potuit hyo a ioue
latam fuisse. et ideo in vaccam conuer=
sam ratione peccati carnis quod bruta
le est. His enim similitudinibus fictio=
nes rationabiliter inuente fuerunt ⁊ ex
bona scientia procedũt ingenioq; sano
Sunt autem poetarum septem genera
secundũ septẽ modos secundũ quos cõ
tingit facere poeses. Unde poesis sep=
tez sunt species scilicet comedia: trage
dia: inuectiua: satyra fabula: hystoria:
argumentum. Est autem comedia poe
sis habens principiuz triste finemq; le=
tum Tragedia vero a leto principiũ in
cohat: et tristem finem habet. Inuecti
ua autem est carmen reprehensoriũ ma
la intentione compositum. Satyra est
carmen reprehensoriũ bona intẽsione
compositum. Fabula est narratio que:
necvera necverisimilis ad litterã Ue
rũtamen aliquã veritatem semper intẽ
dit aliis non mereretur dici poesis. Hi
storia autem est rei geste narratio. Ar
gumentum vero est rei vilis volũtaria
similitudo. Sciẽdũ ĩsuper ꝙ poete qui
dã dicti sunt lyrici: eo ꝙ eoruz carmina
cum lyra canebantur. Alii vero dicti
sunt tragedi eo ꝙ quando canebãt sua
carmina habebant hircum pro premio
qui apud grecos vocabatur tragos.
Alii autem appellati sunt comedi a cõ
messatione: eo ꝙ homines solebãt post
cibum: vt puta post prandiuz ire ad au
diendum carmina eorum. Alii autez di
cti sunt satyrici vel satyri a saturitate:
eo ꝙ de pluribus rebus canebant ⁊ au
dientium animos saturabant. Notan
dum insuper ꝙ: quedam sunt poeses
in quibus solꝰ poeta loquitur sicut vir
gilius in georgicis et dicuntur caracte
res. Alie sunt autem in quibus nũꝙ po
eta loquitur: vt in buccolicis: et dicun
tur carmina dragmatica. Et huiusmo
di sũt communiter tragedie ⁊ comedie
Alie autem poeses sunt mixte: quia sci
licet poeta aliquando loquiť et aliquã
do non: et huiusmodi est liber eneidos.
Ceterum aduertendum ꝙ poesis mul
ta sortitur nomina. Nam quandoq; di
citur prosa: quando scilicet non habet
legem pedũ seu certos pedes. Aliquã
do autem dicitur metrificatura quãdo
certis pedibus mensuratur. quandoq;
etiam carmen rithmicuz vocatur: quia
fine similiter minatur: ⁊ si carmen con/
tineat paucos versus: a quibusdam vo
catur ytalion. Si autem contineat du
os versus vocatur dysticon. Si autem
vnum contineat versum vocatur mono
stichon et si carmina multos contineãt
versus ⁊ de multis rebus tunc vocan/
tur centones. Si autem carmen loqua
tur de pastoribus vocatur bucolicum
et dicitur a bobꝰ: si loquatur de gestis
hominum fortium tunc diciť heroicum
Nam hereos grece dicũtur viri aerei
⁊ celo digni porpter sapientiaz et forti
titudinem. Si autez carmen contineat
miserias: tunc dicitur elegiacum. Et si
contineat lamentum vocatur trenos.
Si cõueniat sepulchro vocatur epitha
phium. Si carmen sit aliquis titulus
vel superscriptio vocatur epigramma
Insuper fabule sunt duplices quedam
eniz dicuntur hesopice vel ytopice que
fingunt animalia bruta mutuo loqui.
Alie sunt libistice que fingunt homĩes
cuz brutis loqui ⁊ econuerso Hic tamẽ
dicendum videtur quo iure poetria de
beat admitti. Plures enim eam inua=
dunt. eo ꝙ vel ipsam nesciunt: vel quia
turpia quedam in poetis legerunt que
turpia poetrie nõ pertinent nisi fine bo
no terminentur.

¶ Capitulū quītuʒ quomodo poetria nō est cōtēnēda ꝛ qualiter poete claruerunt.

se iplicat. In hoc quidā etiā decipiunt
q2 errorum vice veritati credere putāt
Itaqꝫ falsitas veritatis imaginē sepi⁹
monstrat. nunquid enim enunciatio ve
ridica videtur que iuramētis affirmat
que nutibus et signis solidatur que te=
stibus firmatur Hec enim omnia qñqꝫ
falsitas suppetunt. itaqꝫ falsum pro ve
ro sepius accipitur. nec de facili vnum
ab altero discernitur. qñ referens mē
dosus non creditur. aut quando aucto
ritate preficitur aut si coloribus veris
milibus ab ipso prolatum deducitur.
Quid igitur prudēs facturus erit aut
falso credet quod non libet: aut discre=
det. cum tamen discredendi color sibi
non assit. Reuera si prudens fuerit nō
de facili credet. sed deliberatiōe prehi

bita ſi diſcredendi cauſa non interuenerit ſub quadam temperie abſqꝫ temeritate falſo ſibi nõ cognitio cõſẽtire: aut ſaltẽ nõ diſſentire poterit. Sapiẽs aũt qñqꝫ erraſſe nullus formidet vbi precipue falſitas veritatis ſpeciẽ detulit. ouidi. lib. i. de reme. Et mala ſunt vicina bonis errore ſub ipſo ꝓ vitio virtꝰ crimina ſepe tullit. ⁊ arator. li. ij. Repellitur error in diuerſa trahens cum ſpiritus efficit vnum.

¶ Ca. xii. de ſtulticia fugiẽda.



Stultia hominẽ beſtijs equat. ⁊ ab ãgeloꝝ cetu elongat. ſtulticia rurſus hoiez titubare cogit. ⁊ criminũ põdera nõ ſẽtire facit. Generat vaniloquiuꝫ. nutꝰ icõpoſitos ⁊ diſſolutos riſꝰ. ⁊ oiꝫ maleficioꝝ gñã de facili ſtulto cõtigũt vñ lactan. li. de vera iuſticia. Stulticia eſt i factis dictiſqꝫ ꝑ ignorãtiã boni atqꝫ recti erratio tul. de ſene. Tãta ineſt ſtulticie icõſtãtie atqꝫ ꝑuerſitas ꝙ oẽs vt ſenectutẽ adipiſcant exoptãt ⁊ eãdẽ adepti accuſẽt. Idẽ tul. li. i. de natura deoꝝ Stulti nec vitare veniẽtia nec ferri pñtia poſſũt. Diſcernamꝰ tñ ſtulticiarũ vanitatẽ. qdã ei ſtulti ſũt: eo ꝙ naturalibꝰ donis ab exordio geiture carẽt Hoꝝ ſiqdẽ ſtulticia excuſabilis eſt nec pctã gerit. ſi etiã poſt geniturã qs a caſu nõ ꝓcuratio i eã iciderit Alioꝝ autẽ ſtulticia eſt voluntaria ex vſibꝰ prauis cõtacta quoꝝ deſideriũ ⁊ hiſtriões habere: ⁊ cachinatiõibꝰ quouſqꝫ irritare i plateis diſſolutiões oſtẽdere atqꝫ tãto magis gl'iari q̃to ab eis turpiꝰ fit vel narrat. quibꝰ etiã nulla adeſt cõplacẽtia. niſi in turpibus et operibus ab omni ratione diſcrepantibus. hij enim miſeri et ſerui ſunt vnde tul. li. de paradoxis. Stultoꝝ ſentẽtia fuit. q: ſcilicet taliter ſententiati ſunt ꝙ omnes in ſaniunt et ſerui ſunt. Hij enim aliorum crimina detegunt et ſuoruꝫ prenimia multitudine obliuiſcuntur. vnde tullius in tuſcu. queſtioni. li. iij. Stultie propriuꝫ eſt aliorũ vitia cernere ⁊ ſuoꝝ obliuiſci et ſello. Stultus ſi qua refert a falſo nil puto refert. Ipſius verba nullo ſũt põdere digna. Abſit tamen vt eos ſtultos putemus quoꝝ cautela eſt ſtulticiã loco ſimulare. vt penas euitare queãt. Plures enim ſtultis nocere non dedignantur qui tamen ſapientibus emulãtur. catho. Inſipiens eſto cum tempus poſtulat aut res. Stultitiam ſimulare loco ſumma prudentia eſt. ouidius. iiij de triſtibus. Forſitan hoc ſtudium poſſit furor eſſe videri. Sed furor hic aliquid vtilitatis habet. Hi ergo non ſtulti ſed ſapientes ſunt. eorumqꝫ ſtulticia prudentia eſt. Sed hi ſtulti ſunt quorũ finis ineptus quorum deſideria praua ⁊ mores inhoneſtatis ſpeciem gerunt Exceſſus quoqꝫ continue ſectantur et omni prudentie temperamento contrariantur. ſene. epiſtola. xxxix. magni animi eſt mediocria malle q̃ nimia. Neceſſe eſt enim vt exercet cupiditas que naturalem modum tranſilit. quia ſcilicet ſtultorum apperitus euaneſcent. eo ꝙ nature limitibus non refrenantur ideo ſtulti nuncupati ſunt quoruꝫ leticia improba et triſtitia amentie maneriem oſtendit. Unde ſimachus in libro epiſtolarum. leticia res loquax eſt atqꝫ oſtentatrix ſui quod de leticia ſtultorum intelligendum eſt. Nam improborum leticia cito ad perniciem cadit eorumqꝫ laus et laſciuia. nunq̃ habent concordiam. vt ex prouer. ſapientum colligitur Nempe ſtulti in ſingulis extremiſcant et in ſuis leticijs indigeſtis. et inconſultis ita gloriantur vt ſe poſſe cadere nõ timeant. ſed teſte eunodio nulla fides letis integra nec dubijs Et gaufridus in poetria. exemplar ſyreniꝫ habere docearis. i illis caſibus in letis ſemper peiora cauere. O igitur ſtulti attendi[s]

te q̄m vestra leticia tristicia est. exulta
tio casus risus plāctus: laus dedecus.
munera quoq; uobis facta vias perdi=
tionis vobis ministrant. vestrisq; nuti
bus stultis hominum tempora vana de
tinetis. criminibus quoq; in vobis ⁊ ce
teris fomentū ministratis. Ouidius. i.
de arte. Mēs erit apta capi tūc cū letis
sima rerū. Et seges in pingui luxurian
tur humo. Pectora tūc gaudēt nec sūt
atrita dolore. Ipsa patēt. blāda tūc su
bit arte ven⁹. Heu lamētabilis leticia
que veneri famulatur que stultoꝝ leti=
cia nūcupatur. Attēde enī illud ouidij.
li. de ponto. Tu modo fac timeas ⁊ que
tibi leta vidētur dū loq̄ris fieri tristia
posse puta. q̄d stulti minime cōsiderāt.

¶ Capitulūz. xiii. de stulto a=
more cauendo.

f Atuus amor iudici
um ipedit rationis. Et ꝓ
pter amorē ad seipsū in ꝓ
pria causa frequēter vnus
quisq; seducit. Amor eniz
excecat ⁊ vera iudicare nō
ꝑmittit. Prudēs igit si fieri cupis me
dio interposito tuā discerne causam et
alterum tibi prestituas. ⁊ illo quod iu=
dicaueris de teipso arbitrare iudicādū
nosti ei teste aristo. ij. de anima. Visum
causari sine medio nō posse ⁊ obiectum
sensu supra positum sensationem impe
dit. si ergo tu tibi propinquior sis ⁊ im
mediatior q̄ res quecunq; visui suppo
sita quo ergo de te vere iudicare pote=
ris. Tu ergo medium queras ⁊ in alio
considera quod de te iudicare cupis q2
plurimos proprius excecat amor. nam
vt ex prouer. sapientū colligitur. Ama
re et sapere vix a deo conceditur. quia
s. raro accidit q homo sapiēter iudicet
de eo quod amat. vñ varro in suis sen=
tentijs. Nullus tā modeste sua iudicat
sicut aliena. hoc aūt ex eo accidit q ne
mo sibi iudet. nā oli thobares magno
alexādro dicebat. Natura inquit mor=
talium hoc modo praua et sinistra dici
potest eo q in suo quisq; negotio ebeti
or est q̄ in alieno. ⁊ terētius i adelphis
Homine imperito nil iniustius: qui ni=
chil rectuz putat nisi quod ipse fecerit
oīmq; hominuz fere natura est: vt alie=
na melius iudicent q̄ sua. Vir igit pru
dens. vt de proprijs bene iudicet alie=
na consideret. Sed reuera teste plinio
in epistola ad cornelliuz tacitū sue quis
q; intentioni fauet ⁊ quintilianus libro
secūdo. Aliena quoq; vitia magis vult
quisq; reprehendi q̄ sua. Unde lactan=
tius libro de falsa sapientia. Nemo po
test de se recte iudicare: sed aliena iudi
cat melius q̄ sua. Et tullius primo de
officijs. Nescio quomodo fit vt magis
in alijs q̄ in nobismetipsis cernamus si
quid delinquitur. Hec enim omia pro=
prius facit amor. senc. ad lucillum epi=
stola. xxvi. Una est cathena que nos al
ligatos tenet scilicet amor. Vñ aliqui
sunt qui nil rectū nisi quod placet dicūt
vt inquit horatius in epistolis. Ouidi⁹
de ponto. Illud quod fecit quisq; tuet
opus. marcialis cocus. Quis damnat
sua vota libenter: quasi diceret nullus
vnde auianus. Sic mos est hominum
quicquid sibi fecerit ipse: videlicet ma=
neat approbat ipse tamen. Ecce audiui
mus quomodo omnes homines in fa=
ctis proprijs male iudicant Et ideo suo
rum delictorum correctionem non asse
quuntur: quia teste quintiliano. Ma=
ximo nō intellecti nulla est curatio mor
bi Nec solum tamen homines peccata
propria intelligunt sed etiaz bona que
dam si fecerint sublimare valde conten
dūt. iuxta illud petronij. Omnes aper
tis oculis bona sua computant. Pluri
mi etiam alios putant velle quicquid
valunt: et in alijs esse quod in ipsis sen=
tiunt. itaq; imprudentissimum ipsorum
iudicium est non tantum quo ad ea que
de seipsis iudicant. sed etiam quo ad il
la que de alijs ex seipsis arbitrātur. vn
de iulius celsus lib. ij. Que volumus

libenter credimus:⁊ que nos ſentimus
alios quoqꝫ ſentire ſperamus. Horum
autem iudicium fallibile eſt nimis ⁊ ſe
pius erroneum Nec tamen reprobo al
teri ſi facias quod tibi fieri petis.aliuꝫ
tamen tuis deſiderijs conformem nō ſē
per eſtimabis.Attendant igitur ſapiē-
tes vt recte iudicent:vt proprio amore
non decipiantur:nec etiam vitia virtu-
ti preferant iuuena.libro tertio.Sum-
mum crede nefas facinus preferre pu
dori. Quid faciūt plures naturalibus
deſiderijs ſua crimina imponentes. eo
demqꝫ pacto quo de ſeipſis male iudi-
cant friuole ſe excuſant. Heu ꝙ cecus ī
eſt vitijs amor inquit claudianus in ma
iori. Prefata veruntamen deſideria
nature nullus imponat ſed malicie.
Nā vitiū oē nature metas excedit vn-
de prudē.Sūma quies velle nil pluſꝙ
poſtulat vſus:ſit victꝯ ſimplex alimōia
veſtis ⁊ vna. Explerūqꝫ modū nature
nō trahat vltra.q̄ v̄ba nil aliud ſonant
niſi qđ naturale deſideriū cōtētat hr̄e
victū ⁊ veſtitū.Et ſi qđ vltra deſidera
mꝯ nature trāſcendimꝯ metas.Abſint
ergo huiuſmodi deſideria vana. abſit
amor inutilis rerū.Vñ theodolꝯ Mor
tales cūcti qđ intendūt adipiſci.Nec ſi
ꝓficiāt vite diſcrimie q̄rāt:qꝛ ſcꝫ ſic res
debent deſiderari: vt eoꝝ obtentu deli
cta committi non habeant.

¶Capi.xiiii. de habenda for-titudine ⁊ conſtantia mentis.



Ortitudo ē vir
tus qua cetere ſoli-
dātur ⁊ ſine qua ī bo
no nō pſeuerat. Ex-
pedit ergo volētibꝯ
ſpūaliter ꝓficere hac
nō carere virtute vt
ſint aīo fortes:qꝛ for
titudo eſt qua oīa roborant.⁊ moderā
tur.vñ ariſto.ij.ethi.Fortitudo inq̄t te
net mediū inter timores ⁊ audacias.et
tul.ī retho.i.Fortitudo ē cōceptio cōſi
derata piculoꝝ laboꝝqꝫ ꝑpeſſio.⁊ alibi
Fortitudo eſt rerū magnarū ⁊ humili-
um cōceptio laboriſqꝫ cuꝫ vtilitatis ra-
tione perpeſſio ⁊ idē.li.iiij.retho.For-
titudo eſt conceptio laboris ⁊ periculi
cū vtilitatis ratione ⁊ cōmodorū cōpē-
ſatione.⁊ idē tul.in tuſcu.queſtio. li.iiij
Fortitudo eſt affectio anini lege ſūme
ꝑpetiēdis rebꝯ obtēperās:vel cōſerua
tio ſtabilis iudicij in eis rebꝯ q̄ formido
loſe vidētur ſubeūdis ⁊ repellēdis vel
ſcientia rerū formidoloſarū cōtrariūqꝫ
aut oīno negligēdarū cōſeruās earum
rerū ſtabile iudiciū.Ex quibus omibus
clare apparet ꝙ fortitudo habet in ar
duis locū ⁊ in grādibus ꝓbatur.Hanc
ſiquidē virtutē ſi quis habuerit minas
nō timebit: immo nec mortem pauebit
qꝛ teſte tulli.li.inuectiuaruꝫ. Nequaꝙ
viro forti turpis mors accidere poteſt
Et quintus curtius de geſtis alexādri.
libro quarto. Fortium virorum eſt ma
gis mortem contēnere ꝙ odiſſe vitā.et
caſſiodorus epl̄a.xxiij. Latet ſub ocio
laudabilis fortitudo:et dum ſe proban
di non habet ſpacium occulta eſt lux to
ta meritorum.Hec eni virtus in aduer
ſis maxime patet. vnde valerius libro
quarto. Fortiter ſe in aduerſis gerere
qui aliud eſt ꝙ fortunam ſeuientem in
adiutorium ſui pudore victam vertere
Tunc enim vir eſt animo fortis quādo
aduenientibus malis in bono robuſte
perſeuerat Nec tamē optanda ſunt pe
ricula vt fortem quis ſe oſtendat. Suf
ficit enim pericula ſi contingant valide
tolerare.vnde ſeneca epiſtola.xlvij.
Non ſum inquit tam demens vt egro-
tare cupiam: ſed ſi egrotandum fuerit
ſufficit vt nil effeminate faciam. Non
enim pati tormenta optabile eſt ſed pa
ti fortiter.Idem ſeneca.iij.lib. de natu
ralibus queſtionum Humano animo a
bonis artibus robur venit et a conſide
ratione nature.Quid eſt enim cur ego
hominem aut feram aut ſagittā aut lā
ceam timeam. maiora pericula me ſpe-
ctant.vnde lactanti. De vero cultu ti-

midi ⁊ imbecillis est animi: aut dolorē metuere aut egestatē aut mortem que omnia si quis non exhorruerit fortissimus iudicatur qui aūt deum. metuit illa omnia non metuit. galte. li. v. alexandreidos Nulla rei nouitas peruertere fortia debet pectora quasi dicere q̄ nullus ꝓpter infortunium debet delistere aut ex fortuna decidere. Illos tn̄ fores non dicimus qui suorum delictoruꝫ existunt defensores qui non verētur cū malefecerint se validos nuncupare: qꝛ teste oui. ij. sine titulo. Felix qui quod amat defendere fortiter audet: quasi diceret Illi sunt felices qui illa amat que palā et iure defendere possunt. O igitur milites precipue xp̄iani assit animis vestris fortitudo ne subeat demonis. versutia viribus si caretis animos erigite: quia vincere vos nullus pot est: nisi propria libertate siccumbatis. vnde sicut in prouer. sapientū dicitur Nunq̄ periculū sine periculo vincitur. nichil est magnum in rebus humanis nisi animus fortis. Quid eni ꝓdest tua sapientia in periculo si non prosit. Quid tēperantia si cadere permittat. Omnes eni virtutes sine virtute sunt si fortitudo nō fuerit comes: quinimo virtutis nomem fortitudini maxime cōuenit. Nā a viribus virtutis et in viribus fortitudo est. Nimirū igitur. si fortitudo virtutis nomē preceteris habet. vnde galterus in alexādreide li. vi. Nichil est qd̄ fortis et ardua virtus linquat inexpertū: mouet oia ⁊ omnia temptat. et oui. li. de ponto. Omnia deficiūt animus tn̄ omnia vincit. ille etiā vires corpus habere facit. Et idē ouidius x. methamor Audentes deus ipse iuuat. et prosper li. epigram Qui valet in aduersis oneratam ducere vitā hic magni estis animi. vnde horatius. li carminum. Rebꝰ in augustis animosus atq̄ fortis apparere Utinam ergo commemoremus predecessorū fortitudinē animorūq̄ valitudinē. Refert eni iustinꝰ in abbreuio pō pei. li. iij. Quomodo in montuano prelio quidam adolescēs animo floruit valde cuius nomen thema stodis. Refert. n. q̄ hostes post preliij inumeras cedes fugam acceperunt. Quos cernens prefatus adolescens ad naues hostium fugit: et cum manu dextera nauem tenuit nec prius dimisit q̄ dexteram: amitteret. quasi amissa sinistra quoq̄ manu naueꝫ tenuit. qua rursus amissa morsu nauem detinuit. Itaq̄ nec cedibus fatigatus nec manibus amputatis victus est Unde ad vltimum velut rabida fera dentibus dimicauit. ducētaq̄ mila persarum eo prelio ceciderunt. Ecce q̄ laudabilis. victoria que fortitudine vendicata est. seneca epl̄. xiij. Non potest magnos sp̄us athleta habere nisi sanguinem suum viderit. tunc enim proiectus aiam non ꝓicit sed cum magna spe ad pugnam descendit. O vtinam tanta inhereret nobis fortitudo exercendo militiam christianam quantā plurimi pro temporali protectione habuerunt. Hic enim sunt laudabiles sed illi multo laudabiliores. Nec tamē putemꝰ oēs pugnatores fortes debere nuncupari virtutem habent fortitudinis si licito titutulo pugnant et si lucrum non sperent vnde tul. li. i. de officijs. Fortes quoq̄ et magnanimi sunt habendi non qui faciunt pugnā sed qui propulsant iniuriā Uix tamē inuenitur qui laboribus susceptis periculisq̄ aditis nō querat mercenē aut gloriā. Animaduertāt igitur seculi amatores qui lucrū et fastū ex suis laboribus expectāt in ipsis enim nulla virtus est. Nam virtus mercedem terrenā non querit. Non dico tn̄ si vincas quin gaudere non possis: aut damna tuaque inimicorum occasione tulisti tecuperare nō valeas. Horū tamē adeptio finis tuus esse nō debuit qꝛ preter ista vir armiger rēpu. tuerit tenetur. Sed proculdubio illud tullij. verificatur. in tuscula. questio. lib. i. Nemo sine magna sepe se propriam offert ad mortem. Que spes immortalis est quando q̄ re: et tunc bona est et diuina. aliquā

do vero immortalis opinione pugnāti um q: ſcilicet ideo plurimi pugnant.q: ſe famandos in poſterū perpetuis die= bus ſperant. hec autem ſpes vana eſt. Utinam aūt ſpes fiat:nō ſub ſpe ſuper bie:ſed eterne glorie: vt fortitudo que virtus eſt tali ſpe mediante habeatur.

¶ Capi.xv.de perſeuerentia in bono habenda.



Bene agere par prodeſt ſi mens labi lis exiſtet. Non eniʒ ex actib⁹ generatur habitus niſi affuerit poni operis perſeue rantia.vñ in puer. ſa pientū. Nichil ꝑdeſt didiciſſe bene facere ſi ceſſes. Nā tur= pe eſt bona opera cepta deſerere.quin til.iiii.de oratoria inſtitutione. Perſe= uerandū eſt ſaltem:q: ſepius et ſi vires deficiunt aio tamē perſeueremus. Nā teſte tul.in rhetorica ṗma. Perſeverā tia eſt i rōne bene ꝯſiderata ſtabilis ꝑ= petuaq ꝑmāſio. Illi igitur ꝑſeuerāt q̄ bona incepta cōtinuāt. Dicis forſitā te ꝑſeuerare nō poſſe:q: teſte ſeneca.i thi eſte. Leue quidē eſt iniurias ferre ſed ferēdo cōtinue ꝑſeuerare graue eſt.idē ſeneca i hercule fruēte. Per mulla oꝑ a virtus laxari ſolet:quibus attentis: mirum eſt ſi quis ꝑſeuerare poſſit huic dubietati reſpōdeo:omnibus agendis modū debere ṗberi. vt eni perſeueris nō oportet vt laboribus in ceſſanter aſ ſiſtas Sufficit eni vt mala euites:⁊ oris oportunis bonis intendas: ⁊ ſi frequē ter bona facere nequeas: ſaltem dum feceris diu perſeueres. Juxta illud ſe= nece in edippo. qđ ſepe fieri non poteſt fiat diu. Sed quid dicemus de his qui nō gloriātur.niſi.excogitādo meritorū veritatē.nullāq obſeruant ſtabilitatē Una etenim die vota ieiuniorum cele= brant:altera ſtudio tempus diſpenſant orare nunc promittūt ⁊ continere in po ſterum preordinant.et poſt modum his omnibus cōtraria faciunt. Rurſus vno tempore velut heremite viuunt et in al tero publico cōuictui aſſiſtūt. tales enī vna die videbis tam triſtes et meſtos tam marcidos et pallidos vt ſemimor= tui.credantur. innumerabileſq penas pro regno: celorum pati extimantur. eoſq quoq poſtmodum: videbis riſi= bus deditos in iocis primos ebrietati= bus diſſolutos mulierum tactibus. in= fectos:et quicquid.a ſua voluptate ſub traxerunt hoc poſtmodum inepte ſuꝑ addunt. Jn ipſis enim non eſt perſeue rātia:eo ꝙ ab eis non deſideratᵣ niſi fa ſt⁹ et apparentia. Talib⁹ eni prodeſſet ſi potius ſtuderent in bonis ceptis cōti nuare ꝙ̄ ſic nouitatem meritoruʒ:et vt melius dicant apparatuum excogitare ſollicitentur.ſenec.epiſtola.xvi. Plus operis eſt vt propoſitas cuſtodias ꝙ̄ vt honeſta proponas.perſeuerandum eſt enim et aſſiduo ſtudio attendēdum quouſq bona mens fiat bona volūtas Et idem epiſto.xxii. Turpe ē credere animum luctari cuʒ officio quod ſemel recepiſti.quia vir non eſt fortis ac ſtrē nuus qui laborem fugit et horatius.li carmi.ii.oda.iii. Equam memento i re bus arduis ſeruare mentem:non ſecus in bonis ab inſolerti temperatā leticia Nempe qui vult fortis et perſeuerās fieri poti⁹ i bonis creſcere ꝙ̄ reuere hʒ nec cum fortuna debet mutari quod tñ inſtabiles faciunt.vnde ouidi libro.de triſtibus. Rara quidem virtus quā nō fortuna gubernat.q̄ maneat ſtabili cuʒ fugit illa pede.item boetius primo de conſolati.metro pri. Qui cecidit ſtabi li nō erat ille gradu.ouidi.libro epiſto Cepiſti meli⁹ ꝙ̄ deſinis vltima primis cedunt:diſſimiles hic vir ⁊ ille puer.q: videlicet vnus conſtans qui meli⁹ deſi nit.et alius inconſtans qui faciliter de ſinit. Sed plurimi ſe viros appellāt q̄ femineis moribus titubant minimeq perſeuerant. De quibus oratius in epi ſtolis. Quos petiit ſpernit repetit qđ nuper omiſit eſtuat et vite diſconuenit

oꝛdine toto. Quod fatiunt incōſtantes
quia ſue inſtabilitatis calumniaꝫ locis
imponunt. Itaqꝫ loca neceſſanter mu=
tant: nec tamen peramplius ob hoc in
bonis continuant. vnde ſocrates cuidā
querenti. Cur mutatio locoꝛum nil ſibi
pꝛodeſſet ad depoſitionē vitioꝛū rn̄dit
Quid miraris nichil tibi peregrinari
pꝛodeſſe cuꝫ te circumferas quaſi dice
ret ꝙ vitioſus melioꝛatur non ex mu=
tatione loci ſed mentis. vnde ſeneca.
epiſtola xxviij. Animuꝫ debes mutare
non celum: licet enim vaſtum trāſieris
mare: ſequuntur te vitia quocunqꝫ ꝑue
neris. Queris enim quare fuga iſta te
non adiuuet. quia tecum fugit vitiuꝫ. ⁊
epiſtola. lxxix. Frequens de loco ad lo
cum migratio inſtabilitas animi ē Hec
enī omnia dicta ſunt ideo quia viri iſta
biles locum ſtatuſqꝫ permutant credē
tes defoꝛis mederi cum ſit tn̄ interioꝛ
moꝛbus mentē ei non extrinſeca muta
re opoꝛtet. vnde hoꝛatiuꝫ libꝛo. epiſto
larum epiſtola pꝛima. Impiger extre=
mos currit mercatoꝛ ad idos Per ma
re pauperiem fugiēs per ſaxa ꝑ ignes
ne cures ea que ſtulte miraris ⁊ optas
Diſcere et audire ⁊ melioꝛi credere nō
vis. Viliꝰ argētū ē auro virtutibꝰ auꝝ
O ciues ciues q̄rēda pecunia ꝑmū eſt
virtus poſt nummos. hec ianus ſūmꝰ
⁊ ab imo pꝛodocet ⁊c. et epiſto. xi. Tu
quācūqꝫ deꝰ tibi foꝛtūauerit hoꝛā Gra
ta ſume manu. nec dulcia differ i ānuꝫ
vt quocūqꝫ loco fueris vixiſſe libenter
Te dicas. nā ſi ratio ⁊ pꝛudētia curas
Nō locꝰ effuſi late maris arbitrer au=
fert. Celū nō aiꝫ mutāt q̄ trāſmare cur
runt. Nunquid plures iuuenes conſpe
ximus q̄bus paterna doctrīa dicebat.
Diſcurrite per oꝛbem vt ſapiēter ſitis
Heu diſcurſus iſte ſapientes homines
non facit. ſed inſtabiles animo talē me
dicinam querunt. Tales etenī vbicūqꝫ
ſūt nuſq̄ habitant. quia vbiqꝫ ambulāt
et nullibi reſident. vnde marcialis i li.
epigram. Dic michi quo veniam dic
qua te parte requiram. quiſquis vbiqꝫ
habitat maxime nuſq̄ habitat. Quid
ergo pꝛodeſt homini laboꝛanti vt con=
grue viuat ſi non perſeuerat. aut quid
pꝛodeſt inimicos homines vicere ⁊ vi=
tia non domare. Qui eī peccatis ſubij=
citur: et ſi moles immēſas poſſit defer
re. nichilominus fragilis eſt. vn̄ ſeneca
vij. de natura queſtionū querit. Quid
eſt i rebus humanis pꝛecipuū. et rn̄det
animo omnia viciſſe. Nulla ei victoꝛia
maioꝛ eſt q̄ vitia domaſſe. Innumera=
biles ſiquidem ſunt qui populos et vr
bes habuerunt in ſua poteſtate. pauciſ
ſimi vero ſeipſos habuerunt. et ſubdit
Quid maius q̄ erigere animuꝫ ſupꝛa
miſerias et pꝛemiſſa foꝛtitudine. quid
manus q̄ cōtra calamitates eſſe oꝛtas
et concludit. Quid igitur inſanio. quid
anhelo. quid inſudo. quid terram foꝛū
verſo. Multo opus eſt magis vt a foꝛ=
dibus diſcedamus et a coꝛpoꝛe animū
ſeducamus et tandem in occultis ſubti
litatibus veritatē iquiramꝰ. Dicet au
tem peccatoꝛ et vir iſtabilis quomodo
permanebo aduerſus foꝛtunā dū vide
bo foꝛtune pꝛemiſſa grandia munera q̄
nō de facili animꝰ refugit Queſo ad tē
de foꝛtunam mutabilem et animuꝫ ſta
bilem fieri debere. teſte ſeneca. epiſto.
viij. Cogitare nichil eſſe immutabile p̄
ter animum omnia enim foꝛtuita lapſu
intereunt. animus autem bonus ꝑſeue=
rat. ſeneca epiſtola. lxxi. Eadē virtute
et mala foꝛtuna vincitur ⁊ bona oꝛnat̄
Virtutē intelligo animoſam et excelſā
vi que om̄e id irritat quicquid infeſtat
non inquit mirum ē in trāquilitate non
concuti. ſed illud mirare vbi omnes fa
ciunt aliquem ſtare. Dices foꝛſan quis
me ſtabilem faciet aut qua virute per=
manere valebo. Nunc eniꝫ paupertas
me affligit: nunc timeo exilium: nunc in
carceroꝛ: nunc infirmoꝛ. quomodo igit̄
ſubſiſtā. cui querele reſpōdet ſe. epl̄a.
xxiiij Parua nam et ſi quis reſpondet
inter pauperes ero exul fiā vbiqꝫ viuā

alligabor.ad hoc ei natura me genuit vt corpore graui aſtringar infirmabor ceſſabit langor ſanitate vel morte moriar vt melius viuam. In oĩbus ergo animus ſuperſtat ſapientis et conſtãtis ſumus igitur fortes aduerſus fortuita quia teſte ſeneca epiſtola.xxxvi In mores fortuna vis non habet animum ad tranquillum terminum venit qui in eodem habitu eſt.ſcʒ qui perſeuerat

¶ Capitu.xvi.qualiter a conſtantia null⁹ debet recedere.

TEſte tul. de natura deoꝝ. Incõſtãtia nõ debet cadẽ in ſapientem viruʒ cui nil nocere põt Verũ ẽ tamẽ ꝙ multi tãq̃ epicuri nulla volunt ſtabilitate formari.ſene.i:de conſtãtia ſapiẽtis narrat ꝙ epicuri corpori multum pepercerunt dicentes nõ licere ſapientem ferre moleſtiam.quapropter voluptatem tanq̃ felicitatem ſummaʒ elegerunt.non decet tamen hominem mobilitate ſeu fragilitate ſic agitari vt pro quacunq̃ tribulatione immutetur inmo licet i tribulationibus cõſtituatᷣ nichilominus cõſtanter debet tolerare narrat enim auguſtinus ix.de ci.dei.c.iiij.ꝙ licet eneas multas tribulationes haberet in parte ſenſitiua vſum rationis tamen in mente non perdidit Ideo de ipſo virgi.inquit mens immota manet lachrime voluũtur inanes qua propter.iij.de nugis philoſophoꝝ narratᷣ ſocratem dixiſſe ſapientem offendi non poſſe.immo aduerſus omnem fortunã conſtans et immobilis manet.vale.li.ij.de morte ſocratis refert ꝙ forti aĩo conſtantiq̃ vultu potionem venenoſaʒ licet mortiferam accepit.Et cum eius vxor lamentaretur dicens.Vir meus innocẽs moritur:ſocrates dicebat Male inquit conqueris,Nam ſi me diligis debes cupere vt innocẽs moriar. Turpe eſt enim morte dignum mori Ipſe ei ſocrates omnes mũdo ſeruiẽtes miſeros vocauit nam cum ab eo peteretur quis miſer eſſet ipſe reſpõdit.Miſer ẽ ĩquit qui nũq̃ miſer fuit: quaſi diceret ꝙ ille miſer ẽ qui miſerias mundi nũq̃ ſuſtulit.Nam veteres legimus ĩ magnis ãguſtijs pſeueraſſe.et licʒ oneroſa fortuna ipos pſequeretᷣ.nichilominus aĩo cõſtãtes pmãſerũt. narrat ei vale.li.v.ca.x. ꝙ anaxagoras phus audita morte filij ſui quẽ maxie diligebat immutatus pmãſit.vñ ſibi ãnũciãti rñdit ita.vt fertur rẽ nouã ſeu iexpectatam non ãnuncias.Sciebã enim ꝙ omẽ natuʒ ex me eſſet mortale.Sciebã iſup ꝙ ſicut nullus moritur niſi q̃ pri⁹ vixerit ita nullus viuit qui non moriturus ſit Ibidẽ etiã recitat valeri⁹ ꝙ xenophon audita morte ſui pmogeiti filij minime cõmot⁹ fuit vñ cũ ſacrificaret ⁊ coronã ĩ capite haberet ſtati vt mortẽ filij audiuit coronã ꝓ lamẽtatiõe tñmõ de capite depoſuit cũ tñ interrogaret q̃liter mortu⁹ fuiſſet ſibi relatũ ẽ ꝙ i bello pugnãdo mortu⁹ fuiſſet quo audito xenophõ ſtati coronã repoſuit ⁊ ſub iuramẽto ſacrificij affirmabat ꝙ plus gaudebat de virtute filij quã bellãdo habuerat q̃ de ipſius morte triſtaretᷣ.Ex his ergo patet ꝙ p̄dictoꝝ viroꝝ aĩos fortuna pturbare non potuit.valerius li. vij ca.ij.de quodam alio philoſopho ſcʒ biante narrat ꝙ cũ patriam eius prieneʒ hoſtes inuaſiſſent oĩbus quos modo ſeuitia belli incolumes abire paſſa fuerat precioſarum rerum pondere onuſtis fugientibus interrogatus quid ita nichil ex bonis ſuis ſecum ferret.Ego vero inquit bona meo mecuʒ porto.pectore enim illa geſtabat non humeris nec oculis viſenda ſed eſtimãda animo que domicilio mentis ĩcluſa nec mortalium nec deorum manibus labefactari querunt. et vt manentibus preſto ſunt ita fugientes nõ deſerunt. Nec tñ in ſolo virili ſexu talem mentis cõſtantiam legimus immo etiam in muliebri fragilitate perſeuerantiam commemoratã

reperimus narrat enim ambrosius li.
iij.de.virginitate seu de virginibus ꝙ
mater quedam eiusqꝫ filia in tātū ama
uerunt castitatem ꝙ maluerūt i fluuiū
precipitari ꝙ̄ lubricitatis dedecore cō
taminari.vnde cum violari timerent se
mutuo amplexantes.et quasi choreas
letas ducentes in fluuiuz se proiecerūt
Insuper augustinus.primo.de ciuita.
dei de lucretia narrat ꝙ cum a tarq̄nio
violata fuisset parentes statim cōuoca
uit et pre grandi.animi constantia pre=
sentibus parētibus se interfecit lugēs
sue castitatis integritatem violatam
fuisse.Si igitur muliebris animꝰ mor
ti non pepercit vir igitur fortis et iuue
nis perseueranter i bonis operibꝰ per
manere debet atqꝫ vitia cōstāter debet
detestari.seneca libro.ij.Nunquit cum
vitijs satis litigamus. Ea igit̄ ꝑseq̄re
sine modo sine fine. Nam in vitijs non
est modus nec finis.quia mentem sine
venia laniant.Si igitur extrahi nō pos
sunt cum illis potius est cor euellendū
Ex his igitur concludamus constantiā
maxime habendā ad mala cōpescenda
Huius autem temporis nulla est cōstā
tia virorum.sed fragilitate imminente
modiciqꝫ timoris occasione decidunt
Queso tamen vt veterum constātiam
commemoremus narrat enim valeriꝰ
libro secundo ꝙ vir quidā dictꝰ codrꝰ
morti se exposuit etiā vltra vires vt sui
victores efficerētur.Item augustinus
quinto de ciui.dei capi.xviij.Narrat
de quodam qui se in foueā precipitauit
eo ꝙ audiuit a dijs fuisse dictū ꝙ roma
ni perderent id quod optimū habebāt
Narrat etiam de bruto qui filios suos
occidit.quia fuerant cōtra rempublicā
vnde poeta.Natosqꝫ pater noua bella
mouentes.ad penā pulchra ꝓ liberta
te necauit.Itē narrat de alio qui filiuz
occidit eo ꝙ contra voluntatem iperij
fecerat lez pro patria pugnasset atqꝫ vi
cisset.Nam estimabat peius imperiuz
contemnere ꝙ̄ absqꝫ voluntate imperij
etiam pro patria gloriose vincere.His
ergo exemplis colligimus ātiquos cō=
stantes ideoqꝫ famosos fuisse.itaqꝫ ra
tione sue animositatis nomē accepisse.

¶ Capitulum.xxvii.de cōstā=tia manu tenenda.

Nulluz redditur
opus laudabile.aut
inter coronata meri=
ta numerādum si cō
stātia desit.Ubi aūt
quis ꝑmanet cōstās
sui operis preciū ad
ipisci meretur.Nempe constantia veri
tatem predicat iudices prauos redar=
guit ⁊ omniū virtutum genera ad salu
brem portum deducit.nunꝙ̄ diogenes
veritatem dicere singulis formidabat
Narrat eniz vale.li.iiij.ca.iij.qualiter
aristippus diogeni onera lauanti dice=
bat.O diogenes si dionisium adulare
velles ista non esses.cui diogenes.Si
tu inq̄t ista esse velles nō adulares dio
nisium.Ecce ꝙ̄ta viri cōstantia qui ma
luit pauper fieri ꝓ veritate dicenda ꝙ̄
adulari ⁊ exinde ditari.Sed nec in so=
lis viris cōstātiā reperimus sed etiā fe
minas aīo fortes extitisse legimꝰ.Nar
rat enim vale.li.vi.ca.ij.qualiter muli
er quedaz absqꝫ demeritis ⁊ philippo
rege temulēto cōdēnata cōstāte ꝓuo=
carē ad philippū inquit sed sobriū.Ex
cussit itaqꝫ crapulā oscitāt ac presentis
animi ebriū resipiscere causaqꝫ diligēti
us inspecta iustiorē sententiā ferre coe=
git.Igitur equitatē quā impetrare nō
potuerat extorsit potius presidiū a li=
bertate ꝙ̄ ab īnocētia mutuata.Insuꝑ
narrat qualiter cū dionisius tyrannus
propter nimiam crudelitatem deberet
succumbere.mulier quedam vltime se=
nectutis quotidie matutio tempore so
la orabat vt dionisius incolumis esset
quod cū audisset dionisius eā interro=
gauit cur hoc diceret.ipsa autē respon
dit cū inquit essez puella tyrānū crude
lē habuimus cui crudelior successit:tu
autē tertio adueniens ceteris crudeli=

or fuisti.peto igitur vt maneas timens
q̄ta mulieres constantia que veritatē
dicere nō erubuerat. Laudanda est igi
tur virtus constantie fortitudinis quā
siquidē virtutem macrobius li.i.sic de
scribit. Fortitudo seu cōstantia est aim
supra periculū exigere nichilq₃ nisi tur
pia metuere. fortiter tollerare aduersa
et humiliter ꝓspera. Qui eni hac virtu
te caret nullā in suis operibus ꝓsperi-
tatē obtinebit. nā per ipsā constantiam
martyres preualuerūt cōfessores vsq₃
ad obitū perseuerauerunt et principes
dn̄ari meruerunt. Narrat eni vale. vbi
supra qualiter pōpeius cuidā viro anti
quo suā etatē impropabat dicēs ipsū
mortuū fuisse in senectute: et exindere
suscitatū cui senex respondit. Nō mētiris
ris inquit pōpei. q₂ cū mortuus essē iui
ad inferos: ibiq₃ vidi multos de te con
querentes eo ꝙ iniuste ꝑte cōdemnati
fuerūt atq₃ ꝑditionis eoꝝ cā fuisti Ita
q₃ eo tp̄e ⁊ fortissimū erat cum pōpeio
maledicere et tutissimū Viri ergo xp̄ia
ni in via dn̄i cōstanter ambulare debēt
nō timēdo eos qui occidūt corpus sed
in dn̄o fiduciam constituere. vnde tul.
in.ij.rheto.li.ij. confidētiā sic describit
Confidētia est virtus ꝑ quā magnis et
honestis rebus animus cuȝ spe certitu
dinis fiduciā collocauit. Hanc tn̄ fiduci
am plurimi nō habēt: q₂ nec in deo nec
in hominib⁹ confidūt. Cuius oppositū
legimus de alexandro sc₃ vale.li.iiij.
ca.viij. ꝙ narrat qualiter cum alexan-
der infirmaretur ⁊ suus medicus nomi
ne philippus potionē ei dare velle. tūc
quidam dictus parmeniō alexādro scri
psit: vt caueret ab īsidijs philippi. Pe
rinde ac pecunia corrupti a dario. Cui⁹
litteras cū legisset potionē indilate sū
psit et philippo litteras legendus tra-
didit. Itaq₃ prius sumpsit potionē quā
medico nuciraret suspitionem: Narrat
etiam idem valerius.li.iiij.ca. ꝙ plato
xenocrate discipulo suo tam.i. constan
ter moderatus fuit: vt cum audisset eū
de se multa impie locum sine vlla cun-
ctatione criminatorem respuit Et cum
instaret toruo vultu iudex causam que
rens cur sibi fides non haberetur: ad-
iecit non esse credibile: vt que tantope
re amaret ob eo inuicemn non dilige-
retur. Postremo cum ad iusiurandū
inimicitias serentis malignitas confu
gisset ne de periurio eius disputaret:
affirmauit nunq̄ xenocratem illa dictu
rum fuisse: nisi ea dici sibi expedire iu-
dicasset. Confidenter igitur eamus nō
de deo non de proximo diffidentes.
Nam iacob claudicabat et tamen pre
ualuit quia dominus cum illo erat. nar
rat valerius libro tertio capitulo septi
mo qualiter cū cuidam sphartano clau
do in aciem descendenti vnus propera
ret dicens quid ibidem faceret. ille re-
spondit. propono pugnare non fugere
licet ergo claudus esset tamen confide
bat. Narrat etiam de quodam cui cuȝ
diceretur ꝙ sagitte aduersariorum sci-
licet persarum propter multitudinem
obscurabant solem: ipse respondit be-
ne narras. in vmbra enim melius preli
abimur hoc enim ex magna confiden-
tia dicebat. Insuper ibidem narrat va
lerius de quodam eiusdem vrbis atq₃
aimi viro qui hospiti suo patrie sue mu
ros excelsos latosq₃ ostendenti dixit.
si mulieribus istos comparastis recte
si viris turpiter. Constanter ergo ⁊ cō
fidenter speremus in domino: quia te-
ste propheta. Qui sperant in domino
non confundentur.

¶ Finit liber quintus sophologij feli-
citer.

¶ Incipit liber sextus qui est de septē
peccatis mortalibus ⁊ de virtutibus
contrarijs eisdem.

¶ Capitulum primum est de humilitate quomodo exaltat et superbia deprimit.



Iri glorioſi hu
militatis gratia deo
placuerunt. Vn̄ nar
ratꝰ Gregoriꝰ in dia
logo li. primo capit.
xv. qualiter. conſtan
tinꝰ humilimus fuit.
Nam cum quidā ipſius conſtantini au
diuiſſet famam acceſſit vt ipſum vide=
ret quē cū vidiſſet ait Ego inquit crede
debam iſtum hominez grandē eſſe ſed
nichil habet de homine. quod cum au=
diſſet cōſtātinus gratias agebat dicēs
Tu ſolus es qui imme oculos apertos
habuiſti. Ecce magis amauit deſpicien
tem ꝙ laudantem. vnde augu. ſupra io
hannem omelia prima. Vera inquit hu
militas eſt in nullo: ſuperbire in nullo
murmurare in nullo ingratum eſſe vel
queruluz: ſed in omnibus deo gratias
agere. et idē aug: epiſtola. xiij. Non eſt
inquit alia via ad obtinēdam veritatez
niſi humilitas. quia per eā vnuſquiſqꝫ
ſe cognoſcit. ⁊ ibidē narrat de demoſt=
hene oratore ꝙ cuz interrogaretur qui
nam eſſe in dicēdo efficaciſſimū reſpon
dit ꝙ pronunciatio. ⁊ cum ſecūdo ⁊ ter
tio ab eodē idez peteretur pariter idē
reſpondit. ſic inquit aug. Quotiēs de
preceptis humane legis me iterrogas
quod magis obſeruanduz nichil aliud
reſpōdere licet niſi ſerua humilitatem
que quidem humilitas non errorē ſed
ſcientiaz gignit ſi vera fuerit. vnde an=
ſelmus li. ſimilitudinibus ca. xx. vij Se
ptē inquit ſunt gradus humilitatis pri
mus eſt cognitio ſui. ſecundus dolor
de culpis perpetratis. tertius ſui pec=
cati cōfeſſio. quartus volētaria perſua
ſio ſcz ꝙ fateatur ſe peccatorē. quintus
cōtēptus ſui ſextus tolerētia iniuriarū
ſeptimꝰ gaudiū ſue humilitatis. Quo
rundam tamen ſcientia non humilitat
ſed inflat ad hoc tn̄ nō eſt ſciētia ſꝫ igno
rātia eſt qm̄ teſte greg. morali. xxiij.
Vera ſciētia nō extollit ſed lamentare
facit. Dicit eni eccle. i. Qui addit ſcien
tiā addit dolorē. vnde benar. de gradi
bus humilitatis ſic humilitatē deſcri=
bit Humilitas eſt virtus qua veriſſima
ſui cognitione ſibijpſi quiſqꝫ videlicet.
ideo humilitatez au. ſuadet ſuper iohā
nē omelia. xv. dicens. Vt inquit omniū
virtutū turpitudinē curaret deſcēdit fi
lius dei ⁊ humilis factus eſt. Si ergo
te pudeat imitari humilem hominē ſer
uū: imitare ſaltē humilem deum. vnde
mathe. xi. Diſcite a me qꝛ mitis ſum et
humilis corde. et gre. moraliū. xxxiiij.
Quāta inquit humilitatis virtus eſt ꝑ
quam deus ſine eſtimatione viuebat ho
mo. licet magnus factus eſſet paruulꝰ
Item hierony. epiſtola. lxxxvij. Illam
inquit ſequamur humilitatem quaz de
us docuit: qꝛ multi eius vmbram pauci
vero eius veritatem attigunt. Auferā
tur igitur omnia figmenta verborum
ceſſant ſimulati geſtus. Quoniam non
cerimonia ſed iniurie patientia humilē
probat. Attēdomus autem qm̄ per hu
militatem virgo ſublimata eſt. et oīs
ſuperbia poſtulat caſum. Nam peton
cecidit ſuperbus: vt dicitur. ij. metha=
mor. Et dedali filius aera ſcandere vo
lens precipitatus eſt. Romani quoqꝫ
ſua ſuperbia ſubiecti ſunt quoniam ſu=
perbis deus reſiſtit. teſte propheta.
Nam ⁊ humelitatis exemplū a chriſto
ſuſcepimus omneſqꝫ ſuperbos deictos
legimus. Nunquid aman propter ſup=
biam ſuam ab omnibus adorari voluit
ſed in patibulo ſuſpenſus fuit: quod pa
rari fecerat: heſteri vi. Nunquid ſuper
bia babylonis linguas diuiſit: et ſuper
bia volentium turrim edificare vſqꝫ ad
celum per linguarum confuſionem hu
miliata eſt deſtructa: vt habetur gene.
xi. Nam propter ſuperbiam baltaſar
filius nabuchodonoſor rex babilonis ī
terfectus: et nabuchodonoſor de ſolio
deiectus eſt. vt habetur iudich. ij ⁊ da
niel. iiij. Nichanoris ſupbia debellata
fuit. ij. macha. xv. Et anthoicus ꝓpter
ſuperbiam inſanabili plaga a domino
percuſſus eſt: vt dicitur. ij. machabe. ix
Nempe ſicut fecit ſuperbia caſū: ſic hu

militas exaltat. Nam dauid fuit mini
mus inter fratres suos. super quos ta
men fuerat exaltatus: vt patet primo
regum. xvi. Rursus manasses precessit
effraim. qui tamen effraiz habuit bene
dictionem: vt patet i genesi. xxviij. Nũ
quid adouias natus est ante salomonẽ
et tamen salomon obtinuit regnũ dicit
iiij. regum. xxiij. Illi ergo maiores fue
runt qui tempore posteriores et corpa
re timores fuerũt. scilicet humiles qui
autem ambitionem peramauerũt mox
per ruinam consumti sunt. Nam chore
et sui complices perierunt: quia domiz
ambiebant et moysi detrahebãt. Itez
absolon detrahẽs patri ãbiebat regnũ
ideo deiectus est secũdo regũ. xv: Am
bimelech procurabat dominũ sed post
m odum in crimina maxima incidit qm̃
filios proprios iterfecit. Et roboã ãbi
tiosus pessime regnauit. iij. regum. xiij
Quomodo eni fieri põt vt sistat firmo
gradu superbus. Naz si van⁹ qualiter
fixus erit. Si violẽter scandere aliũq̧
transcendere p̃sumi: nunquid p̃cipitio
lugebit cum nullum violentum perpe
tuũ natura testat. Fastus nãq̧ supboꝝ
fundamento caret cnm non ratione ro
boretur: aliis superbia non esset qui ei
ratione eriguntur superbi non sunt.
Sz nunquid difficile est illud pmanere
quod in altum eminet si fundamẽto nõ
solidet. Ecce vides supbis dei iudicio
congrue casum. iij. regum. xviij. Iabin
occidit dominum suum vt regnaret sz
non regnauit nisi septem diebus. Tho
lomeus etiam propter ambitioneu suã
falso occupauit regnum alexandri. sed
mortuus est tertia die primo machabe
oꝝ. xv. Adonias dicebat regnabo post
patrem meum: sed contrarium accidit
sicut patet. iij. reg. i. capi

Capitulum duodecimuz de humilitate.



E humiliare ex
altare est. Iõ aposto
lus. ij. corin. vlti. ad
humilitatẽ nos hor-
tatur dicẽs Ipsi vos
probate an cognosca
tis vosmetipsos quasi
dicat q homo seipsũ cognoscẽs de faci
li humiliat. ideo beat⁹ aug. li. solilo-
rũ orãdo dicebat. Utinã nouerĩ te ⁊ no
ueris me nã q̃ se cognoscit videt: qꝛ pu
tredo ⁊ cinis est. vñ ge. xviij. dr̃ q̃lit a-
brahã loquẽs cũ deo dicebat. Loquar
inq̃t ad dñz meũ cũ sim puluis ⁊ cinis.
de hac cognitiõe loq̃tur bernard⁹ sup
cãtica omel. xxxvi. Uolo inq̃t ꝓuidere
aĩaz p̃mo scire seipsã q̃d postulat ratio
ordinis: qm̃ apud nos sumus p̃mũ vo-
bis. Talis eni sciẽtia non inflat: sed hu
miliat. vñ macrobius li. i. narrat quali
ter ĩ frõte tẽpli appolinis scriptũ erat:
hec est via ad beatitudinẽ si teipsuz co
gnoueris. Uñ vox de celo descendisse
creditur dicens. scito teipsuz vt tradit
policratns li. iij. ca. ij. cui concordat iu-
uenalis dicens q illa vox de celo descẽ
dit dicens gnotisolidos id est scito te-
ipsum vnde augu. iiij. de trinitate ca. i.
Scientiam inquit celestium atq̧ terre-
strium magnam existimat humanum
genus sed ꝓfecto meliores sũt qui sciẽ
tiis huiusmodi seipsos nosse preponũt
qꝛ laudabilior ẽ anim⁹ cui nota est sua
infirmitas. q qui ea non respecta vias
syderũ scrutat. Insup bernard⁹ sup cã
tica omel. xxxvi. Superbia est inquit
ignorãtia cui cum melior quam sis tua
deceptrix cognitio esse mentitur.
Nam vita sepe se virtutes fore simu-
lant: vt ait gregorius moralium. xxx.
ponens exempla et dicens q dissoluta
misericordia pietas habetur et perti-
nacia constantia creditur timor incõpe
tens dicitur humilitas: ⁊ vocis iactan-
tia liberalitas: vocat pigritia maturi-
tas inq̃etudo sollicitudo noiatur: et sic
de aliis. Multi ergo sibiipsis menti-

untur:q2 ſua vitia virtutes putant ⁊ ſe
ignozantes crimina multiplicant. Ho=
mo igitur ſuam debet examinare cõſci
entiam: vt quod malum eſt cozrigat et
quod bonum eſt teneat. nã de ſanctis a
nimalibus in ezech. legitur ꝙ corp⁹ eo
rum erat plenũ oculis ⁊ de viris iuſtis
gregozius exponit ſuper ezechi. li. pri
mo omel. vij. xxi. Ceterũ hugo de clau
ſtro anime ſicut inquit cõuentus hoza
ſtatua ad capitulũ confluit vt mala coz
rigat: ſic ratio ad ſecreta cozdis debet
conuenire: et quod nefas eſt cozrigere
iuxta illud iſaie. xlvi. Preuericatozes
redite ad coz. Et bidem iſaie. lxiiij. Re
duc me ad memoziam vt iudicemur ſi=
mul: quoniam cogitationes iſtozum iu
dicia prouerbio. xij. Non quidem iudi=
cia ad iudicandum alios: ſed ad iudicã
dum ſeipſos. iuxta illud eccleſiaſtici.
xxxi. Precurre prius in domum tuam
et illuc aduocate. et ezechi. xl. Labia
eozum reflexa intrinſecus per circuitũ
Quod quidem grego. li. ij. omeliarum
ix. exponit de vera cognitione ſui. ex q̃
ſequitur humilitas. vnde ſeneca. lib. iij
de ira narrat qualiter ſexius omni die
ſeipſum interrogabat qualiter vixiſſet
ſicut alias tactum eſt. Pariter etiam
quiſqꝫ facere debet. Veruntamen ſicut
ait gregozius ſuper ezechi. li. i. omel.
xi. Sicut aqua concuſſa ſeu meta nõ re
preſentat imaginam intuentis. ſic ani=
ma inquieta ſeipſam cognoſcere nõ po
teſt. tunc autem anima eſt inquieta qñ
mundanis ſollicitudinibus occupatur.
et de diuinis muneribus non contenta
tur. Si vis igitur teipſum cognoſcere
intra cubiculum domus tue et exclude
omnia preter deum vt docet auguſti=
nus in ſuis meditationibus. Si quis e=
niz ad hoc perueniat vt ſua cognita fra
gilitate clariſſime concludat ſe mortis
expectatozem aſſiduum peccatozem ſe
cernat ſe cinerem vilem immundum i=
gnarum immemozem beneficiozũ dei.
his nempe cognitis non erigetur in al=
tum non iactantijs aut laudibus here=
bit. ſed humili plãctu fatebitur eos tã
tũmodo laudibus dignos quoꝝ mens
tendit ad ſuprema primo ſincero cõtẽ=
ptu fini. O vir perite quid tibi peritie
aut lecture proſunt ſi te tibi propinquũ
tibiqꝫ intuitum non noſcas. Syderum
forſan percunctaris motus ⁊ proprios
negligis actus. Planetarum ſitus foz
ſitan vſqꝫ ad munita queris et peccata
tua grauiſſima non cernis. ſcis tamen
quia nil tibi facilius: nil vtilius. ꝙ ſi ve
ra tui cognitione cunctaris Obſtat foz
taſſis vanum ſeculi lumen cuius intui=
tu mens execata veritatem non perpẽ
dit. [illegible] t eius decoze tracta ſe ſupra ſe
non reflectit.


Capitulũ tertium. quomodo humilitas facit homines acceptos.

Humilitas red=
dit hominez acceptũ
amabilem ⁊ ſublimẽ
quando precipue hu
militas non eſt coac=
ta vnde ariſto. v. me=
tha. Qui humiliatur
ſponte melioz eſt ꝙ qui hũmiliatur. vi.
Si enim humilieris te renuente que
gratia tibi debetur. tunc enim mireris
qñ ĩ medio voluptatũ ⁊ honoꝝ teipſuz
cozde vilipẽdis. vñ briuio Hũilitas eſt
virt⁹ qua hõ veriſſima ſui cognitiõe vi
leſcit ideo ſene. ad lucil. epl̃a vij. Redi
ge te ad parua ex quibus cadere non
poſſis vñ vale. maxim⁹ li. vi. ca. ix. nar
rat ꝙ cũ. Eneius valeri⁹ flacc⁹ ſcõi bel
li punici tp̃ib⁹ luxu ꝑditã adoleſcẽtiaz
inchoaſſet quo facilius a vitijs recede=
ret ad curã ſacroꝝ ⁊ cerimoniaꝝ cõuer
ſo aĩo vſus duce frugalitatis religiõe
ꝗtũ prius luxurie fuerat exẽplũ tãtuz
poſtea modeſtie ⁊ ſãctitatis ſpecimen
euaneſcit. vñ prudẽti⁹ li. de cõflictu vi
tioꝝ. Hũilitas ĩtẽdit greſſũ mediocri=
ter. os quoqꝫ ꝑce erigit. ⁊ oui. iij. de tri
ſti. Tu qꝫqꝫ fozmidas nimiũ ſublimia ſẽ
per propoſitiqꝫ tui cõtrahe vel a ꝑcoz

nam teste hora.li.epistolaruum. Par
uum parua decent omnis auteꝫ homo
paruus:quare versificator ait Sperne
re mundũ spernere nullum spernere se
se: spernere se sperni quattuor hec bo=
na sunt. O quãta eoꝝ stulticia qui in se
ipsis gloriantur. nõ aduertunt eni om
nes superbos corruisse sed potiꝰ presi=
dia vbiqꝫ petũt nullum reuerẽtur nul=
li obediunt luciferiqꝫ vidẽtur vestigia
sequi.eo ꝙ de bonis si qui habuerunt
deo gratias non impendunt ⁊ cũ fortu
na ditauit eos tunc deum negligunt et
postponunt ⁊ seipsos deificos putant.
Legimus tamen ꝙ cum xenophon sa=
crificaret deũ reuereri nõ pretermisit.
licet maior filioꝝ suoꝝ in prelio cecidis
se ipso sacrificante audiuerit.vt refert
vale.li.v.ca.x. Hoc enim superbia mũ
di fieri non pretermittit. tanta est eniꝫ
vt si quis nedum filiũ immo etiaꝫ noci
uum aliquid acceperit statim insurgit
blasphemat deum irreueretur ⁊ ceruí
ces contra deũ omnipotentem erige=
re non formidat. Heu ꝙ̄ stulta supbia
que deo submitti recusat.nam teste vir
gi.in bucolicis. A ioue est principium:
sed a deo est omne bonũ ad cuius obe=
dientiam homo conditus est: sed trans
gressionis primam preuaricationẽ su=
perbia causauit. Utinã ergo illi obedi
remus cuius imperium vitare non pos
sumus: cuius dominium toti presidet
orbi. Illi ergo obedimus cui obedire
seruire est.cui seruire regnare est. De
qua obedientia hugo Uera inquit obe
dientia est pro amore dei seruare man
datum. Plurimi tamen non dei mãda
tũ sed propriũ arbitriũ sectãtur:vñ cas
siodo.epl'a.lxxiij. Animus dolosus nõ
sequitur dei arbitrium sed suas explu=
at voluntates. vnde terentius in adel=
phis. Quid tu illic agis nemo obtem=
perat.pauci enim obediunt deo.cuꝫ ta
men augustus cesar. in exclamatione
quam fecit contra vltimum virgilij ius
suꝫ de abolitiõe eneidis dicat Est legũ
seruanda. fides suprema voluntas qđ
mandat fieriqꝫ iubet parere necesse est
Uerumtamen nullus leges diuinas i=
fringere timet. tantaqꝫ hominũ temeri
tas est:vt suum nutum diuine preferãt
legi.minoraqꝫ legum statuta contẽnũt
minime ergo maioribus obediũt iuxta
illud salustij in catilinario. Quomodo
poteris in minori negocio legẽ timere
si ea negocio maiora neglexeris Nam
leges sunt sicut tele aranearuꝫ quibus
infirmiora animalia capiuntur et validi
ora non:sic leges obseruare pauperes
coguntur.et a superbis leges contẽnũ
tur. vt ponit valerius.vij.vnde horati.
in epistolarum libro secundo epistola.i
Clamant petijsse pudorem.cuncti pene
patres ea cũ reprehendere coner Que
grauis esopus que doctus rostiꝰ egit.
vel quia nil rectum nisi quod placuit si
bi dictum.vel quia turpe putant pare=
re minoribus. Et que imberbes didis=
cere senis pdenda fateri hoc ei supbia
facit que bonis moribus obedire non
permittit Rursus superbia hoies red=
dit ingratos dei hominumqꝫ beneficia
cognoscere dissuadet. Quot sunt enim
qui superbie timore seducti parentes
fugiũt pauperes. a quibꝰ bona p̄mitꝰ
susceperũt Alij quoqꝫ suos magistros
reuereri verentur.a quibus eoruꝫ do=
ctrina exordium cepit. Superbia tu fa
cis vt homo seipsũ negligat beneficijqꝫ
accepti immemor fiat et ingratuꝫ eum
reddis cui maxime congruit beneficij
cognoscere suscepta.eo ꝙ inest sibi ra=
tio et mens qua singula talia cognosci
possũt. Unde de ingratitũdine loquẽs
seneca libro.i. De beneficijs inter vitia
inquit maxima nil est frequentius ꝙ̄ i=
gratitudo animi.et ibidem libro.secũ.
Quidam inquit furtiue gratias agũt.
et in angulo et ad aurem et subdit In=
gratus est qui remotis arbitrijs agit
gratias Et idem seneca ad lucillũ epl'a
lxxxi. Nichil carius estimamus ꝙ̄ bñfi
cium quo diu petimus nichil vilius cũ
accepimus quod est verũ apud super=
bos sed humiles bona suscepta cogno

scunt suaqꝫ gratitudine vendicant amicos. Saul pascebat asinas. ⁊ dauid oues. ⁊ tñ reges effecti sũt. Cõstãtinꝰ ex pauprimo postq̃ duxit helenã ĩ vxorẽ factꝰ iperator. Quo abijt piscatio neronis qui piscabatur cum retibus aureis. Ubi est potentia pharaonis: vbi ciuitas troie vbi babilonia que tam famosa ⁊ eleuata fuit. Quorsũ abierũt agrippa ⁊ iulianꝰ quos fortuna ita alte erexerat. Stultꝰ est igiẽ q̃ in talibꝰ cõfidẽs supbit. Quid supbis o homo. an ꝓpter sapiẽtiã. Salomõ nõne sapiẽs sed tñ idolatrauit. athithephꝰ cõsiliariꝰ dauid tãdẽ laqueo se suspẽdit. Nõne sapiens catho se occidit ⁊ democritꝰ. Si ꝓpter pulchritudinẽ pulcher fuit absalõ ⁊ tñ suspẽsus ad arborẽ fuit. ⁊ elephas ꝓpter pulchritudinẽ dẽtium sepe morti daẽ. Hamaliõ pulcherrimꝰ ĩ vita sꝫ turpissimꝰ ĩ morte. Istud cõsiderabat xerxes qui vidẽs magnã multitudinẽ dixit. Heu cito hec ĩ cinerẽ redigẽt. Iouinianꝰ igẽtẽ diligẽtiã adhibuit ⁊ multũ laborauit vt regnaret: sed die illo quo rex esse debuit interijt.

¶ Capitulũ. iiii. de superbia qualiter fugienda est.



diu. Illa michi quondā vultu blandita
sereno. Mutauit vultus nubila facta su
os. His etenim verbis fortune mutabi
litas perpēditur. oui. iiij. tristum. Pas
sibus ambiguis fortuna volubilis erat
Et manet in nullo certa tenaxqꝫ loco.
Sed modo leta manet modo vultus su
mit acerbos. Et solum constans mobi=
litate sua est. idem ouidius li. de ponto
Omnia sunt hominū tenui pendētia fi=
lo. Et subito casu que valuere ruunt.
Ludit in humanis diuina potentia re=
bus. Et certā presens non habet horas
fidē. Et gaufre. in poetria noua. Nulla
fides reruꝫ sequitur post mella venenū
Et claudit nox atra diem nebuleqꝫ sere
num. Turpia fata diē dicuntqꝫ crepus=
cula noctem. O igitur amari his testi=
monijs vestram ꝑpenditie spem muta=
bilem posco ne domuꝫ vento expositaꝫ
construatis. cadet eniꝫ in tempore quo
fortassis reedificare nō valebitis. Hec
enim domus fortuna est que leui solet
deprimi casu. boe. i. de consolati. Cur
tantas lubrica versat fortuna vices Pre
mit insontes debita sceleri noxia pena
At peruersi residēt celso more solio. sā
ctaqꝫ calcans iniusta vice colla nocētes
Nam impios sublimatos sepe videmꝰ
bonosqꝫ depressos. vnde idem boetius
secundo de consolatione ostendit fortu
nam aduersam meliorem prospera Il=
la inquit scilicet prospera semper speci
em felicitatis blande mentitur hec au=
tem scilicet aduersa semper vera est il=
la fallit hec instruit. Nēpe videmꝰ plu
res pre inopia fieri sapiētes: Illos au=
tem stultos aut ignaros experimur: ꝗ
bus ignota ē fortune aduersitas Ideo
pluribus oportunum fuit quādoqꝫ pe
nuriam pati: vt fortune discatur muta=
bilitas: ex cuius stulta confidentia plu
rimi seducti sunt et qui prosperrīa ꝑus
floruere fortuna ifelicissime corruerūt
dicente boetio secundo de consolatiōe
Omnis subita reruꝫ mutatio non sine
quodam conflictu contingit animorum
et subdit. Infelicissimum infortunij ge
nus est recordari fuisse felicem. valeri
us. vi. capitulo ix. narrat quomodo al
chibiades duplicem habuit fortunam
quarum vna nobilitatem et eximiam
abundantes diuitias formam prestan=
tissimam fauorem ciuium propensū sū
ma imperia precipuas potentie vires
et flagrantissimū ingenium assignaret
Altera que damnationem exilium ven
ditionem bonorum inopiam odium pa
trie violentam mortem infligeret. Re=
fert insuper de dionysio syracusano ꝗ
cum pene totius. cecylie tyrannidē ac=
cepisset opibusqꝫ et exercitibus sublia
tus fuisset. Tandem nichilominus pro
pter inopiam puerulos corinthoruꝫ lit
teras docuit. Unde idem valerius lib.
ix. capitulo. xij. concludit dicens huma
ne vite conditionem precipue primꝰ ⁊
vltimus dies continet. mediū temporis
cursus prout fortuna gubernaculū re=
xit modo aspero modo traquillo motu
peragitur spe sēper minor dū et cupi=
de votis extendit et fere sī ratione cō=
sumitur. et seneca libro. vij. de natura=
libus questionibus. Nescit fortuna ꝗ
escere: nunc leta nunc tristia defert. ita
qꝫ in prosperis nemo confidat et in ad=
uersis nemo deficiat. alterne sunt enim
vices rerum. ideo salustius in catilina
rio. Fortuna simul cum moribus muta
tur. O igitur ꝙ magna insipientia ī for
tuna tam volubili cor suū figere ⁊ speꝫ
constituere. Erubescant igitur hi qui
sapientes se estimant et pro talibus vo
lunt haberi. Erubescant inꝙ eo ꝙ cum
plurimos diuites experti fuerint cor=
ruisse fortuneqꝫ munera instabilia fore
nichilominus toto conatu pecunias in

eptasq̄ diuitias congregare sollicitantur quibus ita adherent: vt deum et se ipsos earum occasione deserant malūt q̄ innumerabilib⁹ periurijs fraudib⁹ et mendacijs suam maculare vitam q̄ suis priuari denarijs aut facultatibus vanis. Utinam attenderent illud senece in declamationibus libro. iiij. Ludit de suis fortuna muneribus que dedit aufert que astulit reddit nec vnq̄ tutius est illam experiri q̄ cum locum iniurie non habet: et idem seneca id thieste Res deus nostras celeritatis turbine versat. et in prouer. sapientum. Leuis est fortuna cito reposcit quod dedit. ouidius secundo tristiū. Largitur quecunq̄ licet fortuna rapit: fit gracilis subito qui modo grossus erat. et catho. Labitur exiguo quod partum est tempore longo. Indulgeat fortuna malis vt ledere possit.

Capitulum. xxi. de cōtēptu diuitiarum atq̄ seculi.



Uicquid in seculo est aut est aduersum et tunc iure spernit aut prosperum et tunc casu facili deperditur. Sapiens est igitur ipse a quo fortuna seculi cōtemnitur. Itaq̄ vtraq̄ fortuna aliquid displicibilitatis haber. vna etenim fatigat altera vero casū expectat. Tutior tamen est aduersa q̄ prospera eo q̄ in ipsa vitia facili⁹ euitātur vn̄ quint⁹ cur. li. v. Facili⁹ est aduersā q̄ prosperā regere fortunā et seneca i hercule furēte Fortuna peior amorē inflāmat magis et ouidi. de ponto. Fortuna miserrima tua est nam timoris tuētus. deteriores abest vn̄ ipsemet oui. ifinita mala se passū fuisse refert. vn̄ p̄mo tristiū. Tot mala sum passus quot in ethere sydera lucent. et quarto. littora. Quot concas quot amena rosaria flores: quotq̄ soporiferum grana papauer habet siluas feras quod alit quod pisces nutrit et equor tot premor aduersus. et virgilius. vi. eneidos. Non michi si lingue cētum. Ferrea vox omnes scelerum comprehendere formas. Comprehendere voces omnia penarum percurre nomina passū. Audisti ergo virorū predictorum fortunā aduersam. Illa namq̄ fortassis ipsos facit sapientes. nam et fere omnes qui sapientia floruerunt aut aduersitati pro t̄pe succubuerūt aut gratia diuina speciali illustrati fueunt. Nū quid affrican⁹ tanta prosperitate floruit: sed postmodum corruit. vt ponit tul. de offi. et ideo concludit. In rebus inq̄t p̄speris superbia fugienda est. terentius in phormione. Dum quit hoīm maxime res assunt: tunc meditari oportet quo pacto aduersus erunnam ferat ne aliquid in posterū sic ei nocium. gaufredus in poetria noua. Insidias ponit sē per sors aspera blande. anticipatq̄ fugam melior fortuna repente. Ex q̄bus clare innotescit q̄ falsa est vanitas huius seculi. boetius. ij. de cōsolatione. q̄ multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo respera est que et si fruēti iocunda videatur: eam tamen cum tenere velit non potest: heu qualis est hec felicitas. Teste enim varro ne suis sententijs. Non est felicitas que secum recipit miseriam: cuiusmodi est fortuna seculi. vnde tul. li. de paradoxis. paradoxo. ij. Cui spes omnis et ratio et cogitatio pendet ex fortuna nichil potest esse certi. Nichil enim exploratuz habet permansurum sibi vnum diem: et subdit Te miserie te erunne premunt omnes qui te beatum qui te florentem putas. Te tue libidines torquent: tu die noctuq̄ cruciaris cui nec satis est quod est et idip̄m quod habes ne nō diuturnum sit futurū times Te cōsciētie stimulāt maleficioꝝ tuoꝝ. Temet⁹ examinat iudicioꝝ atq̄ legū. q꞉ vt inquit p̄sper i epigrā Qui se peccatis gaudet felicit vti.

Infelix nimis eſt pꝛoſperitate ſua. Si
ergo diues es ⁊ peccatoꝛ ſis infelix es
Si autem peccatum recuſaueris: tunc
felix es ſed diues non eo ſaltem modo
quo diuites ſolēt dici communiter: qui
bus mos eſt īceſſāť rappetere: ⁊ vltra
ſuam neceſſitatem que poſſident cū me
tu nulli committendo cuſtodire. Atten
de illud cathonis Cuȝ fueris felix que
ſunt aduerſa caueto. Non eodem cur-
ſu reſpondent vltima pꝛimis. O igitur
q̄ta diuitum huius ſeculi ſtulticia eſt:
qui de futuris non cogitant: quaſi di-
es omnes pares eſſent. Hi enim poti/
us ceci ſunt ꝙ̄ illi qui oculis carent. vn
de tullius in oꝛatione de reſponſis au-
ruſpicum. Miſerioꝛ es cum in omnem
fraudem oculis caperis ꝙ̄ ſi omnino
oculos non habueris. Nempe illi frau
dāt et: fraudēť q̄ male cōqueſtāt vt di
uites fiant: et qui ſuis diuitijs in quib⁹
ſperant ex toto pꝛiuantur. Conſidere-
mus igitur diuites ſeculi quo abierunt
In terram enim redacti ſunt eoꝛum de
ceſſit memoꝛia nec ſuis potuit diuitijs
redimere vitam. Contentibilis eſt igi-
tur hec facultas que maioꝛi neceſſitati
ſuccurrere nequit. Reuera diuitie poti
us nocent ꝙ̄ pꝛoſunt ſed hoc non per-
pendunt qui ſeculum amant. vnde nar
rat valerius libꝛo octauo capitulo ſep
timo ꝙ cum anaxagoꝛas poſt longam
peregrinationem ſtudij ad patriam ſu
aȝ redijſſet et poſſeſſiones ſuas deſertas
cum vidiſſet dixit. Ego ſaluus inquit
non eſſem niſi iſte perijſſent Et crethes
philoſophus natione thibanus ſuas
diuitias in mare pꝛoiecit dicens. abite
peſſime diuitie ego vos mergam ne e-
go mergar a vobis. Rurſus bias phi
loſophus cum om̄ia bona ſua incendio
perdidiſſet: cuidaȝ interroganti an do
leret: quia omnia perdidiſſet. Omnia
inquit bona mea mecuȝ poꝛto. pectoꝛe
enim illa geſtabat non humeris. vnde
vidimus ad alexandrum. Nos inquit
non ſumus incole huius mūdi ſed adue
ne. iuxta illud apoſtoli. Non habemus
hic ciuitatem manentem. Sapiens eſt
igitur qui ſeculum contemnit: ⁊ ea que
in eo ſunt. varro in ſuis ſentētijs. Nūc
in ſegetibus nunc in herbis et frumen-
tis bona ſunt. ſed nolite ibi ſpem nimi-
am ponere. Nam ſepe audiui inter os
et offam multa interuenire poſſe. ſene.
epl̄a. xv. ad lucilluȝ. Diſcedunt aliquā
do iſta bona inſidioſa: in quibus ſi ali/
quid ſolidi eſſet aliquando implerent:
ſed ſitim concitant et epiſtola. xvij. Ne
mo taȝ timidus eſt quin malit ſemper
pendere ꝙ̄ ſemel cadere. Illos autem
pendere dicit quibus vanitas ſeculi nō
placet: ſed in ea viuunt ad tempus. Il
li vero cadunt qui a felicitate mundi in
qua ſperabant decidunt: et ideo epiſto
la. lxij. Contemnere inquit aliquis om
nia poteſt: ſed habere omnia nemo po
teſt. itaq̄ȝ bꝛeuiſſima quedaȝ via eſt ad
diuitias contemptus diuitiarum. ⁊ epi
ſtola. lxxxiiij. Relinque diuitias relin-
que voluptates: quia molliunt ⁊ ener/
uant. Unde empedocles tria dicit eſſe
pꝛecipua. ſcilicet mobilis affluentie cō
temptus future felicitatis appetitus ⁊
mentis illuſtratio: quoꝛum pꝛimo nil
honeſtius. ſecundo nil felicius. tertio
nil ad amboꝛum adeptionem efficaci/
us. hoc enim empedoclē dixiſſe refert
ariſto. libꝛo de vegetabilibus Magne
igitur eſt honeſtatis ſeculum contem-
nere. Nam honeſtatis eſt de vilibus
curam non habere. Omnia autem bo/
na mundi vilia ſunt et caduca. vnde tul
lius in oꝛatione pꝛo domo ſua. Cadu/
ca ſunt inquit et mobilia tempoꝛuȝ mu
nera. et idem tullius in oꝛatione pꝛiuſ-
ꝙ̄ iret in exilium. Pꝛeſētes inquit fru
ctus negligamus et poſterioꝛi gloꝛie
ſeruiamus Utinam de his eſſemus de
quibus pꝛoſper in libꝛo epigram. eſt ⁊
in hac vita requies multis data felix
quoꝛum animo mundus non tenet oc-
ciduus. quos deſiderijs nullis peritu-
ra fatigant. Ex quibus omne bonum
eſt chꝛiſtus et oīs honoꝛ. et ſubdit Qui
reruȝ nil cupiunt perdere nil metuunt

tanq̄ dicat ꝙ hi felices sunt in mundo
qui non sperant: aut qui modo mortui
sunt vnde magister sei. si mundo morie
ris moriendo non morieris mūdus cla
mat aue: sed aue conuertit in ha ve.
Eius cerne vices o flos modo fex mo-
do dices. Si mundum sequeris post es
se fuisse quereris. Hic status absqꝫ sta/
tu: locus hic locat in cruciatu Hec tria
verba fidem non dēt tibi postmodo pri
dem post pendet cecidit pridem modo
non tibi fidit. vnde versificator. Sper-
nere mundum spernere nullum sperne
re sese. Spernere se sperni: quattuor
hec bona sunt. Sed fortassis mundum
spernere mundana blandicies non per
mittit: sed allicit et ificit: mirādaqꝫ mē
daciter promittit ⁊ ita seducit vt beati
se credant qui fortuita possident. vnde
tamen narrat valerius libro vij. capi. ij
Anaxagoras cuidam interrogāti: quis
nam esset beatus. Nemo inquit ex his
quos tu felices existimas beatus est sꝫ
euꝫ in illo numero reperies quia te ex
miseris constare creditur. Non erit il-
le diuitijs ⁊ honoribꝰ abūdās: sed aut
exigui ruris aut nō ābitiose doctrine fi
delis ac ptinax cultor i secessu q̄ in frō
te beatior. Nō eni diuitie queq̄ faciūt
beatū potiꝰ eni spiritu pauperes beati
sunt. dicēte sene. epl'a. iij. ad lucil. Ille
beatissimꝰ est ⁊ securꝰ sui possessor qui
crastinū sine sollicitudie expectat Hoc
tñ de beatitudine aut felicitate ꝓprie
accepta intelligi non debet. Nullꝰ eni
in vita presenti ꝓprie beatus est aut fe
lix. nā teste ꝓspero in epigrā. Felices
nō faciūt opes aut beatos. Nā mundi
ex opibꝰ breuis ac veritura voluptas:
edita ꝑpetue semina mortis habet. Ca
tho. Felices obeūt quoꝝ sine crimie vi
ta est. Itaqꝫ beatitudo nō in diuitijs cō
sistit: nec in vita sed post bonā vitā pla
ne habetur. ouidius tertio methamor.
Ultima semꝑ expectāda dies homini
est diciqꝫ beatus ante obitum nemo su
premaqꝫ funera debet. qr scilicet post
mortē beati boni erunt Sapiēs igitur
mundum contemnat: vt post mortem
domino viuat.

Capitulū vicesimūsecundū de contemptu diuitiarum.



Diuitie nullius
certitudinis sūt: ma-
ioriqꝫ necessitati suc
currere nequeūt. vn
de varro in suis sen-
tentijs. Eodē aīo di
mittēde sunt diuitie
quo accipiēde. ⁊ lactā. li. de falsa sapiē
tia Laudatur democritus eo ꝙ agros
suos reliq̄rit. eosqꝫ pascua publica pas
sus sit fieri. catho. Despice diuitias si
vis aīo esse beatus. quas qui suscipiūt
mēdicant semꝑ auari. ⁊ tercul[l]ianus in
apologetico contemptorem diuitiarū
diogenē cōmēdat: vt superius audisti.
Nempe diuitie non competunt homi-
ni: vt proprium bonum: sed vt valde fo
rinsecum: quia teste seneca ad luciluꝫ.
Non est tuum quod fortuna fecit tuuꝫ
varro in suis senten. Nemo suum pu-
tet quod extra ipsum est Et in prouer.
sapientum dicitur Nichil proprium di
cas quod mutari potest sed diuites hu
ius seculi que habent propria dicunt:
nec attendunt quibus maleficijs diui-
tiarum occassione subiaceant. prosper
in epigram. Terrenis opibus cum di-
ues gaudet iniquis veris se miseruꝫ ne
scit egere bonis. ⁊ sequitur At bona iu
storum nullis obnoxia damnis: hostes
furta ignis et mare non metuunt. om-
nis virtutum semper substantia salua
est. tanq̄ dicat ꝙ sapiens non diuitias
mutabiles sed virtutes acquirere de-
bet quia non pecunijs: sed virtutibus
perficitur vita Galterus in alexandrei
i. Auferre pecunia mores non afferre
solet. quem vero morum non reruꝫ co/
pia ditat. Quem virtu extollit habet
qđ ꝓferat auro Nō eget exteriꝰ q̄ mor
bꝰ intꝰ abūdat. Nobilitas sola est que
aīꝫ moribꝰ ornat. oratiꝰ i eplis. Impat
aut seruit collecta pecūia cuiqꝫ. Stulti

tia paſcuntur opes verum ſi ſtulti diui
tes fuerint:ſapientes reputantur : ſed
pculdubio ſtulti arbitrādi ſūt qꝛ nil in
ſipiētius ꝙ ſuā felicitatē labili fortune
prebere. Inquiramus tñ cur hoīes ita
diuitijs itēdūt earūqꝫ occaſione cur ſe
felices putāt.ideo hoc fortaſſis eſt: qꝛ
teſte horatio in epiſtolari li.i.epl'a.vi.
ſcilicet vxorem cum dote fidemqꝫ et a=
micos et genus et formam regiā pecu
nia donat.⁊ petronius. Quiſquis ha=
bet nummos ſecura nauigat aura.for=
tunāqꝫ ſuo temperat arbitrio. Carmi=
na componit declamat increpat omēs
iuuenalis.li.i. Quantum quiſqꝫ ſua nū
morum ſeruat in archa. tantum habet
et fidei. qꝛ ſcilicet tantum ſibi ſubſerui
unt homines et credunt q̄tum pecunie
habet. His itaqꝫ verbis ⁊ cōſimilibus
diuites huius ſeculi ſuam fortunaꝫ au
torizant et felicitateꝫ ſimilibus ex cau
ſis ea conſtituūt. Sed proculdubio mo
dica ſunt illa que prebent diuitie bona
Nam diues ſecure non nauigat aut iti
nerat:quia quanto quis ditior.tanto ti
midior ſi gaudet carmine in luctum cō
uertetur tamen eius ſi imperat tandē
obediet morti ſi increpat tandem etiaꝫ
increpabitur iudice deo. Attendamus
igitur non fortune proſpere commoda
que labia.ſed incommoda mentibꝰ no=
ſtris renouemus. Nam vt ait plautus
in aulularia. Pecunia rerum atqꝫ ſolli
citudinum cauſa et caput eſt ⁊ a gelliꝰ
noctium actica. Sapientes inquit dixe
runt eum multis īdigere qui multa ha
bet magnam indigentiam naſci non ex
magna inopia.ſed ex magna copia. ſe=
neca.xiiij.ad lucillum. Terrena inquit
bona libertatem nobis extorquent.
Noſtri enim eſſemus ſi iſta noſtra non
eſſent. Ideo ſeneca libro de moribus.
Facilius eſt pauperi contemptuꝫ effu=
gere ꝙ diuiti inuidiam. Hec igitur po=
ſco damna commemoremus ⁊ preliba
tis commodis comparemus. Nunq̄d
audiuimus ꝙ diuitie prebent ſollicitu=
dinem:cauſant indigentiam: inuidiam
gignunt libertatem tollunt. Nunquid
hec incommoda grauia ſunt. Nam te=
ſte ſocrate. Damnum non niſi ex abun
dantia raro venit. et ſidonius. Diuiti=
as dicit eſſe cauſam malorum. Cur igi=
tur in eis ſperemus: ex quo tot incom=
moda ferunt nullaqꝫ ſtabilitate ſiſtunt
vnde valerius libro ſexto. Nullo in lo
co nulla in perſona diuitie radicibꝰ ſta
bilibus conſiſtūt.ſed ſtatu incertiſſimo
fortune huc et illuc deuoluuntur. mar=
cialis cocus. Callidus afflatam num=
mis fur auferet arcam. Proſternit pa
trios impia flāma lares. Debitor vſu=
ram pariter cum ſorte negabit. Non
reddet ſterilis ſemina iacta fruges.
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amicꝰ
quia ſcilicet diuites talibus periculis
ſubiacent: eorumqꝫ diuitias nunc fur
tollit nunc ignis comburit. nunc vſura
rapit nunc terra non germinat fructuꝫ
nunc familiares fraudant et fraudan=
tur. Ecce ꝙ incerte ſunt diuitie.quam=
obrem ſapientes ſunt a quibus ſpernū
tur. Sed dicunt aliqui ꝙ paupertas ē
eis grauis. Fortaſſis enim ideo gra=
uis.non quia in ſe grauitatem habeat:
ſed cupiditas animi eam moleſte ſup=
portat Nil tamen letius aut tutius eſt
vera paupertate. vnde ſecundus phi=
loſophus. Quid eſt paupertas:odibi=
le bonum ſanitatis mater curarum re
motio ſapientie reparatrix negocium
ſine damno poſſeſſio abſqꝫ calumnia ſi
ne ſollicitudine felicitas. ſeneca ad lu=
cillum viceſima ſecūda. Multis ad phi
loſophandum obſiſtere diuitie. Pau=
pertas autem expedita et ſecura eſt:
nō circundat illam turba ſeruorum ad
quos paſcendos tranſmarinum regio=
num eſt optanda fertilitas.et ſubdit.
Si vis vacare animo oportet vt pau=
per ſis aut pauperi ſimilis quintilianꝰ
cauſa ſeptima. Paupertatis propriū
eſt exercere libertatē. lucanus libro.v
Dat vires fortūa minor. o vite tuta fa
cultas et fortunatus pauper ī auguſto
regnat habendo deum. Veruntamen

teste lucano li.i. Fecunda virorũ paup
tas fugitur Sed hoc immerito: quia vt
inquit iuuenalis libro.i. Felices humi=
les pauper quos spiritus ambit. Illos
nã celi regnũ sublime receptat. vñ legi
mus q aristo. Paupertatem grauem
nõ habebat sed pauperibus non posse
succurrere dolebat. Sed nunquid i de=
risum pauperes habentur. grauis est
ergo paupertas. Reuera derideri rõe
tollerari potest. quia ex natura paupe=
res omnes sumus: et si fortuna quosdã
sublimauerit: in derisum sublimitas ver
tetur eorũ. iuuenalis li.i. Nil habet ife
lix paupertas durius in se q̃ q ridicu=
los homines facit commune hoc vitiũ
est. iam viuimus ambitiosa paupertate
omnes quia scilicet oẽs ex natura pau
peres sumus et fortuna vertetur i rui=
nam. et qui in diuitĳs gloriati sũt aliqñ
dicent illud hiere.i. Peccauim⁹ vanita
te seducti sumus. Utinam igitur atten
deret vnusquisq sapientis. eccl'.v. dicẽ
tis. Noli attendere ad possessiones ini
quas quia nõ proderũt in tempore vin
dicte et tribulationis. vñ augu.v. de.ci
ca.xxiiĳ. Imperatores felices nõ dici=
mus vel quia diutius imperauerũt. q2
iperatores filios suos reliquerunt aut
quia hostes domuerunt. aut vel q2 diui
tias obtinuerunt. Hec ei omnia huius
vite munera sunt. quibus similia etiam
cultores demonuz acciperee meruerũt
que non pertinent ad dei regnuz quib⁹
verbis apparet bona tẽporalia hoĩez
non facere felicez. ideo augu. ibidẽ sub
dit. Imperatores inquit felices dici=
mus si iusta imperant: si per obsequia
humiliter salutantiuz non extolluntur
sed se homines esse meminerint: si suaz
potestatem ad dei cultum dilatandum
applicant. si plus amãt futuri regni ha
bere consortes q̃ vanitatis hui⁹ cohor
tes. itaq omnia huius mundi munera
vana sunt. vñ aristo. ad alexandrum in
episto. O alexander noli appetere trã
sitorium et quod oportet cito relique
re: sed pete diuitias incorruptibiles vñ
hermogenes fertur dixisse q plenitu=
do perfectionis in principe est abstinen
tia a pecunĳs. vñ mathei.v. Multos p
didit aurum et argentum. et eccl'. viĳ.
Qui aurum diligit non iustificabitur.

Capi.xxiiii. de negligentia



Vir piger idign⁹
est bonis: et qui sollici
tudinẽ nõ habet nullo
merer bñficio dotari.
Ad hoc ei nat⁹ est hõ
vt laboret corpore p
victu et mẽte p virtuti
bus adipiscendis sed pigritia multos
desides facit eo q plurimi laborare for
midant. nam teste tullio in tuscula. que
stionibus libro quarto. Pigritia est
metus consequentis laboris Quidam
autem sunt ita molles q non nisi pigre
scere querunt. nam teste aristo.iiĳ. ethi
corum. Mollicies est fugere laboriosa
Sed quid est q quidam vanitates sol=
liciti sunt. et pro bono pigrescunt. Hos
enim excitat persius satyricus satyra
quinta. Mane piger stertis surge inq̃t
nõ queo surge. En quid agam rogitas
en sa perdam aduehe ponto castoreum
stupas habenum tuus lubrica choa.
Tolle recens primus piper et sitiente
camelo verte aliquid iura: quasi dicat.
surge piger surge: quia instat surgen=
di ratio. vnde gaufredus in poe. Quid
facimus torpem⁹ imagine pigri. Scis
ne moram pigri si mane vocetur obau
dit: si citetur adhuc iterata voce. sono/
ra nare vigil stertit tandez clamore co
actus. ore tamen lento linguam mo=
uet: et michi quid vis inquit. Surge
veni. nox est permitte quiescam: immo
dies est surge. deus meus en ego sur=
go: vade sequar nec eum sequitur quẽ
negligis et tu non venies dudum venis
sem sed michi vestes quero nec inuenio
nichil est te hyrria noui. Surge cito.
domine en sũ presto nec tamen imovel
caput huc illuc vertit vel brachia scal=

pit vel membra in longum distendit. sic sibi quasdaz vnde libet morulas querit semper venit ore non pede. si veniens nunq̄ venit ille coactus fortamouens gressum trahit a testudine motū huius imago sum⁹ ad gaudia vera vocati: delicijs varijs capti vel pectoris aurez obstruimus vel si patet auris ad illa venire differimus semper: vel si fortasse venimus nolentes tracti motu testudinis imus ⁊c. itaq; vanis excusationibus: pigri suum torporem defendere nituntur. Queso enim attendas quos tramite honores virtutes scientie diuitie solent adipisci. His eteni demptis quos deus speciali gratia illustrat: omnes sua sollicitudine et diligentia talia sibi cōquestarūt. nam ipse tul. in tusculanis questionibus libro. iiij. Tardis intuitib⁹ non facile virtus cōmutitur virgilius in buccolicis. Tarde venere bubulci. omnis enim tardus brauio carebit. catho. Plus vigila semper ne sōno deditus esto. Nā diuturna quies vitijs alimēta ministrat. ouidius. ij. sine titulo. Infelix tota quecunq; quiescere nocte sustines ⁊ somnos premia magna vocas. Sulte quid est somnis gellide nisi mortis imago. Longa quiescendi tempora fata dabunt. Unde philippus secundus. Quid est somnis nisi mortis imago. Laborū quies infirmātium votum miserorū desiderium qui miseri pigrescere semper optāt. sed vir prudēs sic debet esse deditus somno vt vigile intendat. vnde orator corpore somnus erat huic sed vigilabat in illo. Qui nescit dormire: fides hec cātica clamāt q; scilicet viri fideles pro suis amicis vigilant. semper. Quamobrem pigros redarguit ouidius libro preallegato. O male presto quies: o semper dedita somno pectora: vnde bono quantis pates ipse ruinis. quez nox sola tenet nescit vigilare periculo. Nec tamen reprehendēda est debita quies nature. quia teste. Horatio in poetria. Et quandoq; bonus dormitat omerus. Itaq; pigritia mala sed somnus moderatus bon⁹ est. Nempe se pigri suaq; negligunt et velut bruta in fecibus suorum delictorum deuoluuntur et ociositate desides fiunt oēq; illicitū exercitium fugiunt. Uerumtn̄ fomentum vitiorum ociū est seneca ad lucillum lxviij. Gloriari ocio mors est. Ouidius primo de remedijs. Ocia si tollas periere cupidinis artes Contempteq; iacent: et sine luce faces quaz platanus riuo gaudet quā populus vnda et quā limosa cāna palustris humo tam ven⁹ ocia amat. que verba hoc sonant q; ocium est fomētū libidinis et vitiorum quintilianus causa. xiij Ad omne votum fluente fortuna lasciuit ociū. et causa quarta: Necesse ē vt i facinus ardor ociosus erūpat: q; scilicet homo ociosus de facili in malū prorumpit. et ideo prouerbium grecorum olim fuit istud. Quam quisq; norit artem hac se exerceat: vt refert tullius i tusculanis questionibus primo vn̄ didim⁹ ad alexādrū Auaritiā nō exercem⁹ ociū turpe deuitamus. Nec tn̄ omnis requies ociū vocatur saltē reprehēsibile Anima eniz sedendo fit prudēs teste aristo. Uiri quoq; studiosi apud vulg⁹ ociosi dicuntur: quia manibus nō laborant: non tamen pigrescunt: quia mente contemplantur. Horū autem ocium si ita vocari debeat laudabile est. tulli in tusculanis questionib⁹ lib. v. Quid est dulcius ocio litterato. Ocium autē litterarum studium ē: sed agricole alij q; opifices qui litteras nesciunt: corpore nisi laborent in vicia faciliter cadūt seneca ad lucillum lxxxij. Ocium sine litteris mors est hoīs viui sepultura.

¶ Capitulū vicesimūquartū. de castitate et pudicitia.

Castitas hominez facit angelicum in mente viuatiorē in apparatu pulchriorē i vita diuturniorē in fama et gestu

honestiorē. Et castitatē nō obseruanti difficile est alicui studio: aut virtuti intēdere. Nā libido totā mentē occupat totū corpus extenuat: et tandem vires singulas destituit. Ideo vidimus ad alexandrum. Nos aragmani membra libidini nō damus: nec reprobandi sūt q̄ui copulati coniugio propter bonum prolis et non propter libidinem conueniunt quia teste sexto pithagorico in suis sententijs. Adulter est in suā vxorē amator ardentior: qr scilꝫ speciē adulterū sapere videtur: qui sua vxore ex ardore nimio abutitur. hic tn̄ adulteriuꝫ large acceptū est. Caueāt tn̄ coniugati ne pretextu coniugij libidine feruere p̄sument. Nam veteres omnē libidinem feruenter respuerunt: vxoresq; ad lubricitatem incitantes asp̄reuerūt. valeri. li. vi. ca. iiij. narrat ꝙ sulpicius gallꝰ vxorē suam dimisit eo ꝙ ipsam capite aperto foris versatā cognouerat. Lex inquit tibi meos prefiniuit oculos quibus formā tuā approbes. His decoris instrumenta compara: his esto preciosa horumq; certiori crede noticie vlteriori; tui conspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione et crimine hereat necesse est ideo tibullus. Casta precor coniunx maneas sanctiq; pudoris: nec sis casta queso metu sed mēte fideli. Sed lamentandum est pudicitiam iam fere ex toto perijsse: et femine in quibus pudor existere habet vt plurimum viros prouocant: coniugij fidem deserunt virginesq; suum querūt violatorem ⁊ vidiue amasiuꝫ. veteres quoq; a lubricitate vt sepius nō cessāt tales etenim vt frequenter t̄pis huius sunt mulieres. et si factis talia nō exerceant. mente verumtamen vt frequentius corrupte inueniuntur. et metu potius q̄ꝙ proprio motu continent. vn̄ ouidius tertio sine titulo. Si qua m̊etu dēpto casta est ea deniq; casta est. que qr non licet non facit illa facit: et q̄uis serues bene corpꝰ adultera mens est: nec custodiri nisi velit ille potest: nec mētē seruare potes licet omnia claudas. omnibus exclusis intus adulter eris quasi dicat ꝙ mulier ꝯtinēs metu casta nō est. Sed nunquid turpe et scandalosuꝫ si carnis luxus rationi supereminerat. Quis enim vellet ancille fedissime ancillari cuiusmodi caro luxuriosa est. Ob hoc enim olim sapientes loca solitaria ⁊ deserta elegerūt ne impetibus libidinis fatigarētur. vnde refert hieronimus contra iouinianum ꝙ cuꝫ plato esset diues elegit sibi vnam villam achademie procul ab vrbe vt libidinē euitaret Terculianꝰ refert ꝙ democritꝰ oculos sibi eruit: eo ꝙ mulieres sine cōcupiscētia aspicere nō valebat. O q̄ꝙ periculosus est feminarum intuitus nā teste hierony. vbi supra Inutile crebro videre per que aliquando captus es: et eorum te experimēto committe qui hoc perpenderunt. nam pithagorici. Solitudinem et deserta ob hoc inhabitare elegerunt. Aulus gel. li. noctium acticarum refert ꝙ demetrius sibi oculos eruit ne ab bonorum studio impediretur. iuxta illud euangelij. Si oculus tuus scandalizat te erue eum ⁊ proijce a te. Heu attendamus qualiter oculis plures offendantur Nam teste quinti. causa prima. Hominis libertas est oculos perdidisse oculi sunt per quos paupertatem ferre non possumus. oculi tota nostra luxuria hi nos in omnia quotidiana vitia precipitant sene. libro de remedijs infortuitorum Intelligendū est patrem esse innocentie cicitatem. Oculi enim sunt irritamenta vitiorum duces scelerum. O vtinam oculos vanitati sic non exhiberemus quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. ideo ouidius. ij. Tristium heu michi cur vidi cur noxia lumina flexi: peccatumq; oculos est habuisse meuꝫ. Nā plurimi non peccarēt si peccandi occasionem non viderent: et maxime libidinē icitat oculꝰ. Ob hoc debet modeste regi i vanis non fixari. Nā sicut piscis capitur hamo: sic oculo capitur vir lu-

brico.nec soluz tm̄ cauere quis habetvt
vana non intueatur:sed etiam qui pul=
chritudinē habet libidinis incitatiuam
cauere tenetur ne q̄s occasione eiꝰ pec
cet.narrat valerius libro iiij. ꝙ quidaz
adolescēs spuerumia noie cū pulcherri
mus esset feminecꝫ illius sollicitarent
oculos ne peccandi alteri occasio esset
pulcritudinem suā fedauit: et oris de=
corem vulneribꝰ abstulit.maluit enim
turpis fore q̄ꝫ aliene libidinis irritamē
tū.Rursus augusti.primo de ci.dei re
fert ꝙ cū marcus marcellus vrbē orna
tissimā syracusanorū cepisset suis cōmi
litonibus precepitvt castitatē seruarēt
edictū fecit ne quis corpus liberuz vio
laret.His igitur exemplis patet viros
illustres pudicos fuisse alienūqꝫ thorū
violare cū potuissent noluisse.vn̄ boe.
iij.de cōsolationeapprobat sententiam
euripidis qui dixit carentē libidine fe=
licem.vale.li.iiij.ca.iij.refert ꝙ cuz scī=
pio esset xxiiij.annorum i hyspania.cer
tagine oppressa maioris certagis capi
ende sumpsisset auspicia multosqꝫ obsi
des quos ī ea vrbe peni clausos habu=
erant in suam potestatē redegisset:exi
mie inter eos forme virginem etatis
adulte: et iuuenis et celebs et victor
postq̄ꝫ competit illustri loco īter celti=
beros natā: nobilisissimoqꝫ gentis eiꝰ
indibuli desponsatam accersitis paren
tibus et spōso inuiolatam tradidit:au=
rum quoqꝫ quod pro redemptione pu=
elle allatum erat summe dotis adiecit
qua continentia ac munificentia idibu=
lis obligatus celtiberorum animos ro
manis applicando meritis eius debitā
gratiam detulit.Quot sunt similia fa=
cientes:timeo ꝙ pauci. Potius enim
vnde lugendum est.viri dicti nobiles
las.studētveneri subseruiūt puellas v=
gines desōpsare iugiter q̄rūt et tūccre
dunt magnam militiam exercuisse quā
do iuuenculam ignominie tradiderunt
O quale duellum:o qualis triumphꝰ:
puellam fragilem etinnocentemvince=
re et vitam contaminare.suisqꝫ sepius
garciferis prostituendam exhibere.
Hij eniz satellites leonesqꝫ suos habēt
quos nutriunt et stipendiant: vt virgi=
nes filias pauperum rapiant eorumqꝫ
nutui subducant.Ecce quales scutiferi
tales enim sunt quales domini quibus
subseruiunt. omnes enim venerem co=
lunt. Rursus claustra monacharum et
religiosarum violant coniugia discri=
minant:suaqꝫ fedissima luxuria omnes
si possent coinquinare feminas vellent
Si castra vel vrbes ceperint : hoc pri=
mum est quod cogitant vt libidini va=
cent. Horum siquidem vita non nobi=
lis sed ignobilis estvilissima quoqꝫ oui
dius libro epistolarum. Nulla repara
bilis arte lesa pudicitia est. Hij tamen
satisfecisse credunt:si virginem corrup
tam suis donis munificent:facultatibꝰ
siquidem tribuere possunt: sed virgini
tatis decorem prebere nunq̄ꝫ. Fortas=
sis autez voluptatum occasiones muli
eres producunt. in quibus alia sollici=
tudo non est ornatus nanqꝫ excogitāt
vt se pulchriores ostendant impudicis
simisqꝫ nutibus viros infitiunt suisqꝫ
crinibus risibus et vestibus viros ad
libidinem concitare meditantur. Uti=
nam lucresie exemplum acciperent.
De qua refert valerius libro sexto ca=
pitulo primo Dux inquit romane pudi
citie lucresia cuius virilis animus ma/
lino errore fortune muliebre corpꝰ sor
titus est tarquino regis superbi filio
pervim stuprata cum suā iniuriam gra
uissimis verbis in consilio necessarioꝝ
deplorasset ferro quod clam secum at
tulerat se interemit. non tamen appro
banda cum nullius mortem sibi infer=
re debeat sua autem castitate laudem
promeruit. quia non sponte sed vi suc=
cubuit.vnde prosper in epigramma.
Mens illesa nichil violato in corpore
perdit:Inuitam carnem vulnera nō ma
culat:nec crimen facti recipit non mix
ta voluntas velle magis facinus q̄ꝫ to
lerare nocet.que verba nil aliud sonāt
nisi ꝙ ille peccant femiṇe que sua volū

tate libidini consentiunt. violare vero culpam non habent. Sed restat questio grandis que sit violata mulier. Plures enim se violatas dicunt q̄ modicis verbis obedierunt. Verum mulier fragilis est. facili occasione seducitur plurimū. Veruntamen violari creditur: nisi ꝯsensum in ea est: etiam vsq̄ ad atrocissima verbera restitisse vsq̄ ad mortem reperiatur: aut nisi opprobriū maioris pre timore ignominiā suā permisisse contestetur quod fecisse lucresiam legimus. Plus enim stuprum q̄ mortem timuit nec violatorem formidauit dicentē ei te interficiam. sed tūc tremor irruit in eam cum subiūxit vnū eni ex garciferis tuis te interfecta iuxta te interfectum in lectulo ponam ⁊ dicam predolore tui stupri hanc necē me peregisse. Quibus auditis nimirū si femina fragilis fauit. Obprobrium eniz plus morte timuit: qꝛ postmodū restituto honore mortē vita preelegit. Huius autem valitudinis nescio si femine reperientur hoc tempore. scio tamen impudicissimum genus earum vniuersas fere plateas occupare et que impudice sunt alias pudicas sibi similari pertractant. vt multitudine et conformitate erubescentiam sue libidinis effugiant et tractare si nequeant saltem verbis eas scandalizant et similes eis omnes alias predicant que non similantur eis. de quibus narrat valerius libro preallegato. capitulo primo Refert enim ꝙ coniuges teuthonicorum orauerunt mariuz victorem vt ab eo virginibus vestalibus dono mitterentur. Promittebant et affirmabant illas virilis concubitus futuras expertes quia scilicet se iactabat ꝙ illas peruerteret sed quod petebant nō obtinuerunt. et ideo ipsa nocte se laqueis suspēderunt. Huius autem maleficij plurimi sunt qui nō cessāt puellas ad venerem concitare libidinem suadere et criminis pondus falsis perorato rib⁹ alleuiare tales maculant policias et caruz sub vmbra innumerabilia crimina fiūt eoq̄ quia in eis sexus suspitione caret ideo talibus tractatibus idubie ⁊ ꝓch dolor impune se exponunt. Quedā monialis virgo fuit cui⁹ dulci aspectu cor regis captum fuit. ita vt rex ipse vi et violentia eam rapere cōclusisset quod vbi prefata virgo resciuit oculos ꝓprios ipsa eruit sibi et ꝓ munere ad regē misit Augustinus de ciuita. dei narrat quomodo marcus marcellus anteq̄ syracusim cepisset fleuit: et ꝓclamari fecit sub pena mortis ꝙ nulla mulier violaretur.

Capitulum vicesimumquintum de luxuria vitanda.



Luxuria oi virtuti est inimica. Ipsa via ꝑditionis opprobrium iter facultatuz desertatio studiorum licitoruz impedimentū sanitatis excidium ipsa vitaz breuiat mortem festinat iuuentutis minuit decorem infirmitates gignit corpus sordidat mentem obdurat sensum obnubilat visum precipue minuit. Ipsa fons et origo omnium calamitatum anime et corporis. de quo loquens valeri⁹ libro ix. capi. i. Blandum malum inquit est luxuria quā accusare aliquāto facilius est q̄ vitare. et lib. iiij. ca. iij. idē valerius refert ꝙ cū sophocles iaz senex esset et quidā ab eo quereret: an etiam nūc venereis rebus vteretur dij meliora inquit. libenter enim istuc tāq̄ ex aliena furiosa profugi dominatione Et merito quia teste tulli. i. de officijs. Luxuria cum omni etati turpis sit: senibus maxime fedissima est. ⁊ libro de senectute. O preclarum munus etatis senectutis scilicet siquidez id aufert nobis quod est in adolescentia vitiosissimum scilicet libidinē corporis seneca ī declamationibus. li. ij. Adolescens luxuriosus peccat: senex luxuriosus insa

nit.et subdit Que malam faciē habent
sepe impudice sunt:non enim deest ani=
mus corruptor:His enim documentis
apparet luxuriam maxime vitari debe
re salustius in catilinario.Multos pes
sima luxuria atqꝫ auaritia vexant.ful=
gentius:iij.mitologiarum ꝙuis enim in
omnibus libidinis amor turpis sit tur=
pior est tamen in honestis nam luxuria
maiestati est contraria Sed hoc habet
luxuria ꝙ execat nec perpendit homo
luxuriosus quid faciat Ideo fulgentiꝰ
vbi supra li.iij.Amor cuꝫ periculo sepe
concordat et dum ad illud solum vocat
quod diligit nunꝙ videt quod expedit
qꝛ luxurie amor cecus est.quāobreꝫ ve
teres libidinem spreuerunt tāꝙ hono=
ris inimicam.nam referente aug.li.de
ciuitate dei.Scipio nasica ꝓhibuit the
atra seu loca meretricia que licet possit
absqꝫ fraude ꝑmitti:nullo pacto tamē
debent suaderi.plurimi tamen omnem
delectationem in suis libidinibꝰ credūt
quibus:teste helinando Oē delectamē
tū in libidine est.et quicquid extra libi=
dinem occurrit offensio est.Accusēt er
go nō tempora sed theatra in quibꝰ ad
aram luxurie virtutū victime trucidāt
O ꝙ vile spectaculum ꝙ fedū collegiū
feminarum pro solo vitio congregata=
rum.Propriam etenim carnem vendi
tioni exponunt et pretextu vite sue for=
nicatione victū sibi acquirūt:quas non
excusat carnis tēptatio aut fragilitas
sexus aut violentia.Nullo eī feruntur
amore etiam corrupto.Si eniꝫ amarēt
humane fragilitatis excusatione parti
ciparent:sed nec amāt nec amare q̄rūt
sed ex fediori luxurie parte sue execra=
bili cupiditati subseruiunt.Harū nēpe
fediꝰ ē corpus cadauere putredo cuiꝰ
fetorē terra resoluit:sed illarū horror
luxurie turpitudinibus iugiter crescit
de consimilibus ait theodolus.Mens
robusta viri leuitate cadit muliebri:qꝛ
scilicet femina impudica laqueus est vi
ri.et.ideo subdit.Deflent assyrij ꝙ cre
diderunt mulieri.Nunc tamen illud iu
uenalis ij.versificatur.Est eadem sum
mis pariter nummisqꝫ libido:et pluri=
mi diebus nostris veneri vacant.Sed
queso vt feminarum discant amatores
que sit eorum delectatio et vita.Nem
pe ex amore femineo non nisi fere dolo
res generantur nec ē amor quietus:sꝫ
anxius non ampliatiuus sed corrisiuus
ouidius.ij.de arte. Quot lepores in
atho:quot apes nascuntur in hybla:ce
rula quot baccas pallidis arbor habet
littora quot conce:tot sunt in amore do
lores. quot iuuat exiguum est plus est
quod ledit amantes. Ecce ꝙtum lucrū
feminarum amantores reportant: suo
tamen infelicissimo amore se putant fe
lices:et ea consumunt in voluptatibus
que sepius grandi labore acquisierunt
Attendant enim exemplum demosthe
nis de quo fertur ꝙ taidis meretricis
mammas loco palpitans quesiuit quā
ti.hoc est que ait mille denarijs.cui de
mosthenes. Ego precio tacto dolorem
non emo ⁊ merito.Nam stultuꝫ est ma
gno precio id emere cui dolorꝰ succedit
Nūquid enim tales veneris amatores
vt plurimum lugent consumantis volu
ptatibus suis facultatibusqꝫ comsum=
ptis.Lugent nempe et vite preterite la
crimose scelera recolunt:consumpta af
fectant:se deceptos lamentantur et la
boribus necesse est:vt bona cōquestent
que voluptuose cōsumpserūt. Animad
uertant igitur illud ouidius.vi metha
mor. Nichil est ꝙ non affreno captus
amore ausi.nec capiūt mentes inclusas
pectore flāmas.vnde versificator. Fe=
mina corpus opes aiam vim lumina vo
cem. Pollnit annichilat necat eripit
orbat acerbat.et alibi. Corpus opes
aiam consortia federa famam.Debili=
tat perdit necat odit destruit aufert.
Ecce quanta incōmoda que amatores
feminarum studiosissime perquirunt.
vnde hieronimus contra iouinianuꝫ ex
dictis aristoteles ⁊ plutharci et senece
hec verba colligit.Amor inquit forme
scilicet mulieris rationis obliuio est et

insanie proximus est etiam fedus minime conueniens animo sapientū turbat consilia altos ⁊ generosos spiritus frāgit a magnis cogitationibus ad humillimas detrahit hominesq̧ querulosos iracundos temerarios facit. pluraq̧ tēpora suspitionibus lachrymis ⁊ cōquestionibus perdit odium facit sui ⁊ ipse nouissime odium est. seneca declamationum li. primo. Nil est tam mortiferum in geniis vt luxuria ⁊ lib. viij. Luxuria blanda pestis victrix orbis immensas opes auaris abstulit. Claudianus in maiori. Luxurie pre dulce malum ⁊ debetat caligine sensus. et in minori idem claudianus. Dissuasor honesti luxus et humanas obliuiat copia mentes. Reuera inenarrabilia sūt damna que libidinem imitantur. Galterus alexandrei. primo. Te non emolliat intus prodiga luxuries: nec fortia pectora frāgat: mētis moribus amori. Si bacco venerisq̧ vaccas que cetera subdis: sub iuga venisti periit de lira vacātis libertas animi veneris flagrante camino mens habet interius: rixasq̧ ⁊ bella moueri imperat ⁊ suadet rationis vile sepulchrū si caro ebrietas ridigos eneruant hec duo mores. parca voluptati sit eis. explere voluntas que leges hominum ⁊ mūdi moderantur: habena scilicet baccus ⁊ venus. et. libro. vi. Nil sint in tāttum nullis contenta libido.

Capitulum. xxvi. de voluptate carnis.



Voluptas carnis generat incōtinētiam. Incōtinētia vero damna infert que superius enumerata sunt. et sicut virt⁹ deperit nisi actibus rorez: sic voluptate pretermissa carnisq̧ delectamētis infrigidatur ideo tullius in senectute. Voluptas inq̄t īpedit cōsiliū rationi inimica acmentis: vt ita dicā. Prestringit oculos nec habere vllum cū virtute commercium. seneca epistola. xxiiij. ad lucillum. Ipse inquit voluptates in tormētavertuntur epulecrudelitatē. generēt neruorūq̧ corporē libidinēq̧ ⁊ articulorum deprauationē. valle. vij. ca. ij. Aristo. inquit vtilissimū preceptum est vt voluptates abeuntes consideremus si enim cōsiderate fuerint pretermittētur. Prochdolor tamen teste lactanti. li. de falsa sapiētia. Voluptas a cūctis appetitur. sed honesti vim non habet. ⁊ li. de vero cultu idem lactantius. Ille clbre inquit voluptatum arma sunt illius cuius opus est expugnare virtutes scilicet dyaboli. Scit enim q2 mortis fabricatrix est voluptas. vnde vt refert tullius in libro. de senectute. Archita tarentinus magnus in primis ⁊ preclarus vir nullam capitaliorem pestem q̄ voluptatem corporis hominibus dicebat a natura datam: cuius voluptatis auide libidines temere ⁊ affrenate ad potiendum incitarentur: hinc rerum publicarum subuersiones: hinc cum hostibus clandestina colloquia nasci Nullum deniq̧ scelus nullum facinus malum esse: ad quod suscipiendum non libido voluptatis impellat: et virgilius in buccolicis. Trahit sua quemq̧ voluptas ouidius. primo de arte. Cure est sua cuiq̧ voluptas catho. Pauca voluptati debētur plura saluti. Morbi causa mali est sua nempe cuiq̧ voluptas. prosper in epigrammate. Non semper vere est felix impleta voluptas. His itaq̧ testimoniis clare deducitur q̄ voluptas nutrix est libidinis omniumq̧ scelerum carnis merito ergo vitanda. Hic tamen voluptatem amant qui delicate viuunt: et escarum varietate replētur. et exinde luxuris infestantur. ideo refert tullius libro de senectute plato nem dixisse escam esse voluptates malorum q̄ ea videlicet homines capiantur vt hamo pisces quia scilicet in gula vitia nutriuntur. ouidi. li. primo sine titulo. Nox ⁊ amor vinūq̧ nichil mode-

rabile suadent. illa pudore caret. liber
amorq3 metu. Impia sub dulci melle
venena latent. Hec enim tria querunt
voluptuosi scilicet noctē: vt euitant pu
dores et libertatem amorez vt neminē
timeant vinaq3 postulant: vt luxurie fo
menta nutriant. itaq3 voluptatibus car
nem et spiritum inficiunt et q̄to volup
tas maior ē eo ꝙ magis animū a sede
sua et statu dimouet: sed teste quintili.
li. iiij. Fallit voluptas. et boeti. de cōso
Voluptatum appetentia plena ē anxi-
etatis satietas vero penitenter Si igiꝫ
viuere continentie cupis voluptati nō
intendas ne delicijs vaces quod faciūt
seculi amatores: q̄ nichil aliud preter
carnis edia somniant melos et carmīa
querunt: coreas et iocos et quicq̄d vo-
luptati subseruit. sed teste. Ouidio. iij.
de arte. Res est blanda canor: scilȝ vo
luptuosis: sed eodez Ouidio teste. ij. de
reme. Eneruant animos cithare cātus-
q3 lireq3 Naz cantibus vanis hermōijs
libido sepius mendicatur: et a volupta-
te nutritur. Si enim sobrie viueres: et
delicate corpus nō foueres: periret re
bellio carnis lubricitas disc[e]deret ꝛ in
numerabilium temptationum genera
sub iugo rationis teneres vite delicaci
tas commessationum. superfluitas lu-
xum icessanter procurat macrobius li.
saturnaliū. Ea que ex tactu atq3 ex ge-
stu voluptas est omniū rerū fedissima.
eosq3 maxime qui se his duabus dede-
re voluptatibus incontinentes ꝛ intem
peratos dicim⁹. tul. li. de finib⁹ bonoꝝ
et maloꝝ. vna voluptas multis obscu-
raꝫ voluptatib⁹ i vita voluptaria. Ab-
scedāt igiꝫ hi qui valuptates v̄tutibus
ꝓtulerūt: sicut aristipiani aliq̄ stoici. vt
tāgit augustinus. v. de ciui. dei. Horuz
etiā seq̄ces sūt adulteri ceteriq3 libidi-
nose viuētes voluptas ei nō solū eā li-
bidinē ꝓuocat quā natura nō ꝓhibet:
sed etiā vsq3 abusus indicibiles cōcitat
Nā voluptuose viuēs brutis bestialior
fit atq3 immoderatior. bruta nēpe idi-
cibile sodomiticum crimen respuūt: q8
tamen voluptas in quibusdam peruer
sissimis hominibus quandoq3 plātauit
Bruta tamen sue nature leges non ita
infringunt. teste ouidio. ix. methamor.
Non vacā vacce: nec equas amor vrit
equarum vrit oues aries sequitur sua
femina ceruū Unde igitur hoc enorme
vitium processit: vt ceteris animalibus
perfectius et celsius scilicet homo ordi
nem nature quandoq3 peruertere pre-
sumpserit: Heu in limitibus nature tot
sunt peccandi genera. Magna igitur il
lius est iniquitas ꝙ hec omnia transcē
dit. Nescio quis peccatum hoc adinue
nire potuit. Arbitror enim nullum pri-
mo ipsum excogitare potuisse: sed de-
mones delictorum inuentores ꝙ femi
nis se copulasse feruntur viris q3 quibus
gigantes processisse leguntur. non qui
dem eorum ex semine q2 non habēt sed
ex translato virorum semine consimilia
fecisse narrantur. Hi igitur domones
qui nature sue leges subuertunt homi-
nes quosdam vt estimo ad hāc enormi
tatem deduxerunt vt sodomite fierent
et pro feminis masculoȝ acciperent q8
fecisse legitur nero vt narrat eunodius
Ludit inquit ancipiti constans fallacia
sexus. Femina cum patitur in peragit
cum turpia mas est. ideo ouidius libro
epistolarum. Sint procul a nobis iuue
nes vt femina compti. Reuera miror sa
tisq3 mirari nequeo que libido aut com
placentia in pari sexu existat: nulla eni
rōne aut rōnis colore hoc vitium excu-
sari potest seu quouismodo alleuiari.
De ipso igitur tamq̄ de indicibili silea
mus: et eam lubricitatem reprobemus
in quam frequenter prochdolor deci-
dunt homines quam voluptas nutrit:
nunc adulteria nunc raptus et stupra
hoīm societati inserendo. nāq3 tāto vsu
hmōi fornicationes exercentur: vt pro
erubescētia nō habeāꝫ. imo certe ꝓ ho
nore et gloria vix enim veretur mulier
adultera nūcupari. Viri quoq3 iugiter
adulterari minime timent. Refert tū
valeri. li: vi. ca. v. vt supra narratū est

ꝙ filius ſalenci propter adulteriū vtroqꝫ oculo priuari condēnatus fuit Itaqꝫ adulteria olim ſic impunita ſicut nunc non permittebantur. Nā teſte terētio in andria. Ingeniū hominum procliue eſt ad libidinem. ouidi. de ponto. Veneris damnoſa libido non ſolet in meſtos ſepe venire choros: ſed potius quieta cōiugia rumpit. Ideo conſulit tibullus li. iij. Ne vos decipiant pendentia brachia collo: nec capiat blanda ſordida ligua prece. Nempe eloquia ficta que blanda videntur. vtriuſqꝫ ſexus homines ſepe decipiunt. ornatibus quoqꝫ atqꝫ muneribus alliciunt iuxta illud ouidius primo de remedijs Decipiunt cultu auro geminiſqꝫ teguntur. Omnia pars minima eſt ipſa puella ſui. quia ſcilicet puelle plurime plus ferunt in ornatu ꝙ̄ in proprio corpore toto. ſuis ergo apparatibus ducuntur homines ad viā perditionis. ibiqꝫ felicitatē querūt vbi non niſi feditas et corruptio eſt Attendat igitur ſapiens quibus coniūgit conſortijs. Nam vt qui tangit picē inquinabitur ab ea: ſic vir inſertus feminarū conuiuijs de difficili cōtinens eſt vnde ouidius. ij. de remedijs. Non facile eſt taurum viſa retinere iuuenca. Et pene extinctum cinerem ſi ſulphure tāgas. Viuit ⁊ ex modo maximus ignis erit. Itaqꝫ modica occaſione libido totum hominem vrit. Sed quid ſapiens facturus erit vt caſte viuat. Ibi namqꝫ expedit vt feminarum viſum ⁊ tactum fugiat: ſobrie viuat: vitaqꝫ voluptuoſa non viuat. Nam teſte ouidio vbi ſupra Diuitijs alitur luxurioſus amor. Non habet vnde ſuū paupertas paſcat amorem. et ſubdit ad propoſitum. Vina parant animos veneri ſi plurima ſumas. ideo. Catho. Cum te detineat veneris damnoſa voluptas. Indulgere gule noli que ventris amica eſt. Nempe ſi ſobrie vixeris. faliciter caſtus eris Si autem percaſtrimargiam caſtitatem neglexeris ad omnium vitiorum precipitationem faciliter declinabis.

¶ Capitulum vinceſimumſeptimum de inuidia.



principe libido luxurie. vnde policratꝰ lib. vi. ca. xij. dicit ꝙ imperium romanū exhaustum est nerone imperante cuius gula omnia deuorauit ⁊ maculauit libido exhausit auaritia superbia cum luxuria exinaniuit. Insuper egesippus. li: primo. loquens de antonio ipsi augustio dicebat Ille inquit scilicet antoniꝰ nō. victꝰ est virtutibus tuis: sed magis est victus moribus suis. Uicit enim eū cleopatra vxor: cum qua maluit vinci ꝙ sine ea vincere. Nunquid etiā vale. narrat lib. ix. c. i. me legibꝰ regulata: sed ꝑ luxuriam prolapsa est. et ideo ante concludit. quid fedius: quid dannosius est scilicet. luxuria per quā virtus atterit victorie relanguescūt ⁊ cepta gloria in infamiā cōuertitur: animiqꝫ ⁊ corporis vires expugnantur adeo: vt nescias ab hostibus: ne an ab alia capi. perniciosius habendum sit.

¶ Ca. xv. de moribus pricipū



PRincipū maxime: est morales esse: sicut dicit augu. de ciui. de. li. ij. ca. xxi. et narrat versū eni poete dicentis. Moribꝰ antiqs res stat romana virisqꝫ. Nā ꝙ diu romana id morales fuerūt tādiu orbi ꝓfuerūt vn̄ idē aug. v. de ci. ca. xij. verba cathonis narrans dicit. Nolite inqt estimare maiores nostros armis rēpu. augmētasse Nā si ita esset multo pulcherrimā nos eā habemus. Quippe socioꝝ atqꝫ ciuiū ꝓterea armoꝝ ⁊ equoꝝ maior copia nobis ꝙ illis est. sed alia fuere q̄ illas viros magnos fecerūt q̄ nobis nulla sūt domi industria foris iustū imperiū animꝰ i consulēdo li. neqꝫ libidiniqꝫ neqꝫ delicto obnoxis ꝓhis nos habemꝰ luxuriā atqꝫ auaritiā publice egestatē ꝑuati opulentiā laudamꝰ diuitias sequimur inerciā inter bonos ⁊ malos discrimē nullū ōia virtutes ꝑmia ābitio possidet hec aug. Ex quibꝰ cōcludit ꝙ ꝟtutes morales. R. P. manuterunt atqꝫ exēplū colligi gitur ꝙ vita spūalis in hmōi moribꝰ cōsistit atqꝫ roborat. vn̄ aug' li. i. ca. xxxij. loquens de scipione ait ꝙ non censebat ille scilicet scipio. R. p. esse felicē stātibꝰ menibꝰ ruētibꝰ moribꝰ. ⁊ eodē li. c. ij. Romani inqt ciderūt nō muroꝝ casu sed moꝝ defectu: neqꝫ ignibus coꝝ tecta ardebāt: sed corda cupiditatibus inardescebāt atqꝫ presidendi potiꝰ ꝙ corrigendi volūtas romanos contriuit et qꝛ homo quasi ciuitas est cuiꝰ value sunt sensus ciuesqꝫ vires sunt aīe quibꝰ impat voluntas. debet. ergo tanꝙ ciuitas moribus ornari: qꝛ sicut ait seneca epistola. lx. Mos est mentis habitꝰ ex quo singuloꝝ operū assiduitas manat Itē pollicratꝰ li. v. ca. iij. dicit ꝙ a virtutibus fiunt mores ⁊ a moribus virtutes acqrūt Sed qꝛ multa vitia prauos mores nō credūt ꝓpter assiduitatē: vt ait sene. li. de vita beata. Ideo absqꝫ pudore hoies criminibꝰ seruiūt virtutesqꝫ acqrere nō curāt. ⁊ cōcludit ibidē sene. ꝙ aliter est agēdū i via morū ⁊ alit pedū: qꝛ i moribꝰ nō est tua via quā sepiꝰ multi sequūtur. sed in via pedū frequētur cōtrariū est. ⁊ si mores cōgrunt sapiēti maxime. tn̄ pricipi. Sed q̄so inquiramꝰ vn̄ pricipū corrūpūtur mores: estimo eni ꝙ fastꝰ ⁊ supbia hoc faciūt. Nā si ꝑceps humilis existeret moribꝰ floreret. sed superbia tollit sensū: cōrrūpitqꝫ mores. Utinam attenderent principes verba darij loquentis alexandro. vnde fertur in histori js alexādri qualiter darius vulneratus et in lecto positus alexandro dicebat fili' alexander: vt plenus tua sapientia nouit: totus mundus in corruptione positus est. Sic enim diuina prouidentia a principio ordinauit vt nichil esset constans tutum vel firmum. sed totum variationi subiectum. Cum autem quis ad tanti dominij ascēdit culmen: vt iam non hominez sed deum se estimet mox ad ima ruit. et dum

eius casum se meruisse cognouit: et deo rum benignitatem inuocauerit: ne laqueum desperationis incurrat subito misericordia subleuatur. et subditur. Considera inquit fili quid fui heri et quid sum hodie. heri nanque rex regum et dominus dominantium vocabar. et tunc absque potestate lugeo: quia vna supstitione seductus diis volui assimilari. Consideranda est etiam ipsius nabuchodonosor hystoria qui cum eleuaretur corruit sensum perdidit: et tanque animal brutum cum feris vixit. Humiliatus tamen postmodum restitutus fuit. ideo propheta dicebat. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Absit ergo superbire propter bona que in mundo sunt: in quibus nulla securitas est. vnde bernardus. Nusque inquit est securitas neque in celo neque in terra neque in paradiso. Namque de celo cecidit angelus de sede maiestatis. adam cecidit de paradiso voluptatis. et de mundo cecidit iudas de schola sanctitatis. Humiliemur ergo considerantes diei finalis terrorem. vnde gregorius. Tunc inquit erit superius iudex iratus: inferius cahos horrendum a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita demonia ad supplicia trahentia. Interius erit conscientia vrens et exterius mundus ardens Quid igitur faciet peccator. nam latere impossibile erit et patere horribile. ecce quanta humilitatis occasio. De quodam rege legimus in legendis sanctorum quod cum vidisset duos christi pauperes de cursu descendit vt ipsos honoraret. quod videns frater eius ipsum increpauit dicens quod non decebat regem sic humiliari coram pauperibus: quo audito rex iussit suis preconibus vt ipsum citarent cum familia et liberis quod videns ille qui regem reprehenderat cum habitu humilitatis coram rege accessit cum liberis et familia: quam cum vidisset rex ait. O inquit stulte preconem fratris timuisti: et licet non peccaueris: tamen te humiliasti ad verbum preconis fratris tui vterini, Nunquid igitur potius precones iesu christi pauperes formidare et reuereri debemus cum de ipsis in euangelio dicat veritas. Qui vos honorat me honorat: et qui vos spernit me spernit. et iterum quod vni ex minimis istis feceritis michi fecistis. Humilis ergo mens nostra existat nullum spernat: sed futuri iudicii terrorem concernat Unde hiero. Siue comedam siue bibam semper illa vox resonare michi videtur in auribus meis: surgite mortui venite ad iudicium. Or tamen domini et principes fastum et superbiam amant ideo in auribus suis si resonaret vox sophonie prophete humiliarentur. Dicit enim sophonias ca. i. loquendo in persona domini. In illa inquit die visitabo super principes et super filios regis et super omnes qui arroganter ingrediuntur super limen et compleuerunt domum domini dei sui iniquitate et dolo et sequitur. Disperierunt omnes inuoluti argento: et qui dicunt in cordibus suis non faciet bene dominus etc. et sequitur. Fortitudo eorum in direptione erit et domus eorum in desertum edificabunt domos et non habitabunt in eis plantabunt vineas et non bibent vina earum. et sequitur. Conturbabo homines et ambulabunt vt ceci. quia domino peccauerunt et effundetur sanguis eorum sicut humus: et corpora eorum sicut stercora. sed argentum et aurum eorum non poterit eos liberare in die ire domini. Utinam principes talibus verbis corrigerentur: moribusque suis rempubli. dirigerent: exemplo titi de quo legitur quod tam moleste R. P. rexit vt de sola clementia argui posset. Unde mores principum pulcherrime suadet seneca de quattuor virtutibus. capitu. iii. Impone inquit concupiscentie frenum ede citra saturitatem: bibe citra ebrietatem: obserua ne in conuiuio: aut in aliqua communitate hos damnare videaris: quos imitaberis. nec deliciis tibi presentibus inherebis: nec absentes desiderabis et sequitur. Odibilem quoque hominem

fācit risus superbus et elatus ac etiam malignus et furtiuus. Si igitur risus iocos exigit hos cū dignitate sapiētie gere: sit tuus icessus sine tumultu ⁊ qui es sine desidia adulationes euita nō acerba: sed blāda verba timebis: esto viciorū tuoꝝ fugax. alioꝝ vero nō sis curiosus scrutator docētiū esto facilis auditor req̄renti facile respōde: superiores recte viuēdo nō timeas senior esto iudicio ꝙ sermone vita ꝙ vultu clementior: esto fame bone: neq̧ tu zizaniator neq̧ alieni iuidus ad irā tard⁹: ad misericordiā ꝓnus i aduersis firmus i ꝓspe ris cautus que nosti sine arrogātia postulāti cōmunica ⁊ que nescis sine occultatione ignorātie tibi postula ipartiri. Hec ei oia licet nō eodē ordie documēta sūt senece vbi supra q̄bus modesta ⁊ morū honestas suadet que pricipibus maxime ꝑtinere dinoscit. nā isido. ix. ethimo. ca. iiij. dicit ꝙ rex dicit a regēdo nec est rex qui nō regit. In pricipibus igitur nō ambitio: sed de subditis cura esse debet. vñ grego. xi. morali. Pricipes vocātur qui malis cogitationibus pricipātur. ⁊ ibidem xxvi. Illi enī pricipes sunt qui elationis gloriā declinant qui liuores mitigāt furores extigunt: qui tēptationibus nō cōsentiūt: sed regēdo preesse nouerūt. vñ horati⁹ i carmine. Lyrico. sicut narrat august. v. de ci. dei. ca. xiiij. dicens. Latius audiū domādo spiritum. ⁊ clau. alloquēdo theodosium dicebat. Licet inq̄t late domineris: si tamen praua cupit si duceris ira. seruici. iugū pateris si autē tollis ⁊ leges iterius feras tunc oia iura tenebis. Insuper de vale. iperatore octuagenario legimus ꝙ cū adhuc virgo esset ⁊ sue felicitatis premia recoli audiret ait de vna tantūmodo victoria glorior. ⁊ req̄situs que fuisset illa: respondit. Or inq̄t iimicorum domuz sclꝫ carnem meā domaui ⁊ susperaui. Hoc eni narrat vale. in quodam suo paruo tractatu. Illi ergo reges sunt qui se regere nouerunt vñ grego. mora. iiij. Illi iquit regnāt qui corpora sua regere sciunt. qui desideria temperant et cogitationes legibus regulāt. ⁊ ideo. Ve terre cuius rex est puer. ecclesiastes. xi. Nūc tñ pricipes seipsos regere nō curant ⁊ regna regere se iactant ⁊ qui suos iimicos se vicere dicunt modica tēptatione vicuntur. vñ seneca. epl'a. xvi. Multi inq̄t hostem vicunt: sed vicūtur cupiditate ⁊ cum agere videantur: ipsi tñ aguntur. Idez epl'a. c. de alexandro loquens ita dicebat. O inq̄t victor tot regū atq̧ pħorū ira atq̧ tristitia succubuit: ⁊ oia preter se i sua potestate habebāt. Sibi tñ iperare maximū iperiū est. Idē epl'a. xxxviij. Si vis omia tibi subijcere: subijce te rationi. Multos ei reges si rexerit ratio Ab ipsa ei disices quid ⁊ quēadmoduz aggredi debeas. Idem epl'a. cxvi. Animus inq̄t noster modo est rex modo tyrannus. Nā rex est cū honesta petit atq̧ corporis salutem querit: sed tūc tyrannizat quando turpia iubet ⁊ iura contēnuit. vñ aug. iiij. de ci. dei. ca. iij. cōcludit ꝙ qui peccat etiā si regnet seruus est: nec vnius hominis. sed quod est grauius tot dominorū quot vitiorū. Naz melior est q̄ dñatur aio suo expugnatione vrbium: vt scribitur prouer. xvi. De bono igitur rege dici potest illud prouer. xx. Rex qui sedet i solio iudicij dissipat omne malum ituitu suo.

Capitulum vicesimumsextū de liberalitate principum.



T dicitur prouerbio vicesimonono. Diuitie erogate addunt plurimos amicos. et pollicratus libro tertio. capitulo decioter tio narrat qualiter ritus ratione liberalitatis factus fuit amabilis atq̧ sui patris auaritiam tota liberalitate curauit vt

tota eius complacentia ĩ largiendo fo
ret:et tanto aĩmo munera dare affecta
bat ꝙ vltra posse dona promittebat:⁊
cum redargueretur dicebat. Nemo in
quit a facie principis debet recedere
tristis.vnde cum quodam die nichil cõ
tulisset dicebat.O amici mei diem hũc
perdidi. Nullum enim vitium deteri=
us auaritia signanter in principibus.
vt ait tullius primo de officijs.capitu/
lo vicesimotertio.Nempe largitas fa
cit principes famosos et claros: vt po
nit ibidem tullius capitulo decimooc/
tauo.et boetius primo de consolatione
capitulo quinto .dicit ꝙ claros largi/
tas facit. Moraliter ergo auferenda
est auaritia de cordibus vt celestis glo
rie claritudinem mereamur. Nam si/
cut liberalitas ĩ seculo reddit homines
famosos : sic largitio in christi nomine
facta facit rapere celos. Reprobande
sunt tamen plurium principum largiti
ones stulte . vnde seneca libro ꝑmo de
beneficijs libro vndecimo. Respiciẽde
sunt facultates quas prestamus atq̃ ꝑ
sone quibus damus.et reprobat largi=
tatem alexandri qui dedit vrbeȝ cuidã
elemosinam petenti: ⁊ cum ille diceret
ꝙ sibi talis elemosyna nõ conueniebat
alexander respondit. Non curo inquit
quid te accipere decest sed quid me da
re congruat.Hec vox inquit seneca re=
gia videtur et animosa:sed est stultissi=
ma qꝛ decet considerare quid cui quan
do et quare largimur.Idem seneca ibi
dem de nimia cupiditate redarguit an
tigonum.cui cum quidam peteret talẽ
tum:respondit ꝙ plus petebat ꝙ̃ dece
bat habere Ille igitur videns se repul
sum petũt denarium:cui antigonus.
Non decet iquit regem tam modicam
rem dare itaq̃ per cauillationeȝ nichil
se daturum conclusit.Si igitur alexan
dri reprehenditur idigesta liberalitas
potius antigoni detestanda est cupidi=
tas.Nempe tullius ꝑmo de of.ca.xvij
dicit ꝙ largitas debet exerceri cum in
tentione ordinata non ad iactantiam

et ponpam:sed ad profectum suscipiẽ=
dum.Nam fatuam largitioneȝ sequũt
rapine itaq̃ non sua sed aliena distribu
unt vnde ambrosius li.de officijs . Nõ
est inquit largitas si quid largiaris vni
et alteri extorqueas.et subditur.Per
fecta largitas est:necessitatibus singu
lorum occulte subuenire: vt liberalem
laudet os pauperis et non labia propa
Nesciat sinistra tua quid faciat dextra
tua.mathei sexto ⁊ tullius prĩo de offi.
capitulo decimoquarto.Ea iquit liber
tate vtamur que prosit amicis noceat
nemini . Nichil enim liberale est quod
non est iustum.Insuper seneca libro ꝑ=
mo de clemẽtia capitulo decimotertio
Non est inquit liberalis qui de alieno ẽ
liberalis . Ceterum non sufficit de suo
dare proprio:sed oportet hilariter ⁊ li
bere dare.vnde seneca primo de bene=
ficijs capitulo sexto. Beneficium aspe=
re datum vocat panem lapidosum quẽ
esurienti capere est necessarium .tamẽ
acerbum .valerius libro quinto capitu
lo primo narrat de legatis carthaginẽ
sium.Qui cum venissent romã ad libe=
randum suos captiuos:cenatus ꝓtin⁹
his nulla pecunia accepta reddidit iu=
uenes numero duum milium et septin=
gentorum quadragintatrium expletis=
simos rerum.vnde tantum hostium ex
ercitum dimissum tantam pecuniaȝ cõ
temptam tot punitis iniurijs veniã da
tam ipsos legatos opstupuisse arbitrã
dũ ẽ:ac secuȝ dixisse o munificentiã gẽ=
tis romane deorũ benignitati equãdaȝ
O etiã nostrã legationẽ supra vota fe=
licẽ Nã qȯ bñficiũ nũꝙ̃ dedissem⁹ acce
pim⁹ Uide ꝑ liberalitatẽ romani famã
atq̃ dñia sibi cõq̃starũt sic parit paupi
b⁹ xpi bona erogãtes celorũ regnũ sibi
acq̃rũt.Itaq̃ liberalitas decẽs ẽ ĩ pri=
cipe maxie nichilq̃ turpi⁹ ĩ ipo ꝙ̃ aua=
ritiã.vñ inocẽti⁹ papa sic dicebat Quid
inquit prosunt tibi o frater diuitie quid
glorie quid leticie cum non liberent ho
minem a morte:non defendũt a verme
non eripiunt a febre Ecce qui iã glorio

ſus ſedebat in aula:modo iacet deſpe=
ctus in tumba: et qui veſcebatur deli=
cijs in cenaculo modo cõſumitur a ver
mibus in ſepulchro.et ſubditur. Time
ant igitur diuites illud iacobi. Agite
nunc diuites penitẽtiam plorate vlulã
tes in miſerijs que aduenient vobis cũ
dicetur. Diuitie veſtre putrefacte ſũt:
et veſtimẽta veſtra a timea comeſta ſũt
Aurum ⁊ argentnm veſtrũ vacauit eru
go:⁊ in nouiſſimis dieb⁹ theſaurizatis
vobis iram domini ⁊ in luxuris enutri=
tis corda veſtra. Pauperes igit̃ chri=
ſti fame perierũt quos non ſubueniẽdo
occidiſtis ⁊ ecce ſanguis eorum clamat
Vindica domine ſanguinẽ noſtruꝫ hec
innocentius Nec tamen pena commina
bata auaritia animũ debꝫ reuocare.qn
nimmo ſm dictamen rationis honor de
bet preferri vtilitati.vnde valerius.li.
vi.c.iiij.narrat qualiter dario iam vno
et altero prelio virtutem alexandri ex
perto atqꝫ ideo ei ptem regni thaurote
nus mõte:⁊ filiã in matrimonium cum
decies centũ militibus talentũ pollicẽ
te cum parmenio alexãdro dixiſſet ſe ſi
alexander reſpõdit.et ego vterer ſi par
menio eſſem. Ex qua hyſtoria colligit̃
ꝙ alexander potius honoreꝫ q̃ cupidi
tatẽ amabat. Nempe auaritia in prin=
cipe ſignãter peſſima eſt.ideo apoſtol⁹
dicebat.Nec auaritia nominetur in vo
bis que eſt idolorũ ſeruitus.⁊ eccleſia=
ſti.xv.dicitur ꝙ diuitie congregate in
malum domini ſui pereũt in afflictione
peſſima.ideo catho. Dilige denarium.
ſed parce dilige formam: quia ſcilicet
pecunia non ad cupiditatem: ſed ad ne
ceſſitatem acquirenda eſt.

Capitulum decimumſepti=
mum de patientia principum



Atientia: et ſi om̃s
principem tamẽ maxime
decet. exemplo capli.ij.
corinthi.iiij. In omnibus
inquit tribulationem pa=
timur: ſed non anguſtia=
mur aproprıamur:ſed non deſtituimur
perſecutionem patimur ſed non derelli=
quimur. Fratres igitur confortamini
in domino et in potẽtia virtutis ei⁹ ſcri
bitur adephe.vi. Attendamus eni q̃ta
fuit in antiquis animi potentis atqꝫ cõ
ſtantia.narrat enim policra.de ceſa.au
guſto.li.iij.c.xiiij.ꝙ mire patientie fuit
vnde dicebat ꝙ vir habere debet in au
ribus diligentiam.in lingua taciturni=
tatem.et in animo quietem. Hec enim
didici a iuuentute mea. vnde greg.xx.
moralium dicit ꝙ princeps refrenare
debet impatientiam ex conſideratione
paritatis ſue cũ illis quibus preeſt.vn
de ſene.li.i.de clemẽtia dicit ꝙ priceps
cauere debet impatientiam que defor=
mat hominem exteriorem ⁊ confundit
intoriorem.quapropter idem ſeneca de
ira li.primo. Nichil inquit eque ꝓfuit
iratis ſicut intueri ſuam deformitatem
Nam ira faciem turbat: ora pulcherri
ma defedat toruos vultus ex tranqui=
liſſimus reddit: omniſqꝫ decor relinq̇t
iratos.⁊ ideo dixit ſixtus.ꝙ iratis pro
fuit aſpexiſſe ſpeculuꝫ:vt imago reper
cuſſa oſtendat homini ſuam deformita
tem:quoniam ira viri iuſticiam nõ ope
ratur.iacob. Decet igitur in tribulatio=
nis conſtanter permanere vt ſit fortitu
do ⁊ decor indumentum eius atqꝫ veri
ficetur illud eccleſiaſti.xlv. Vſqꝫ i ſene
ctam permanſit illi virtus. Etenim lib.
vitia ceſaris legitur ꝙ ceſar patientiſſi
mus fuit:atqꝫ de ſibi dicti iniurijs vindi
ctam non egit ſed diſſimulauit atqꝫ cuꝫ
ſuos aduerſarios ſubiectos habebat ſe
pius pepercit. Nam vir bonis audiẽs
improperia debet cogitare eorum ſtul
ticiam ſeu ignorantiam: vt ponit ſene.
libro.iij.de ira narrat ꝙ cum chimargi
es hyſtoriarum ſcriptor quedam cõtra
ceſarem ſcripſiſſet monuit ceſar vt ſere
mone moderatori vteretur quod face
re renuuebat:nec.tamẽ ceſar ſe vindica
uit.ſed ſolum domum ſuam ſibi interdi
xit.Et ideo concludit ſeneca. Non qui
offendit fecit quod voluit.tanq̃ inimic⁹

sed qui prudens erat aliene stultitie remisit. Insuper. Seneca de mira patientia antigoni narrat ibidē. Qui cū multa improperia audiret dicebat ꝙ militem decebat non solum certare baculo sed etiam animo viriliter. Ergo agite ⁊ confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino. iuxta prophetā Quid enim prodest ira suum animum affligere: qui enim sapiens est pati discit nec de leui mouetur.

Capitulū. xviii. de legibus



Sine legibus policra regulari nescit. Unde romani suis legibꝰ suam policiā sublimauerunt vt ponit policratus li. vi. ca. xij. ⁊ tulli. in sua prima rhetorica li. i. ait. ꝙ omnes leges ad commodum reipublice referēde sunt: ⁊ sicut medicina corpori ꝓdest sic republice leges. Insuper ambro. in suo exameron omelia. v. dicit ꝙ reipubli. est vsus esse comunes: atqꝫ obseruare deuotiōe cōi quasi plures partes reuereri: quorum cōsilio respublica gubernetur. Nec tamē leges sunt quibus mala imperātur qm̄ lex est recti preceptio: prauiqꝫ depulsio: vt ait tul. li. de natura deorum. vel lex est eius scriptū asserēs honestū: ꝓhibensqꝫ cōtrariū: vt ait gratianꝰ. Nā lex est interpres equitatis: rerūqꝫ diuinarū ⁊ humanarū cōpos: vt ait crisippus. Eapropter veteres legibꝰ pollicias regularū sicut solon ⁊ ligurgus sed crescētibus vitijs leges perierūt: vt ait seneca. epla. xciiij. vnde augu. i. de ciui dei. ca. xvi. ⁊ A. gelius li. ij. c. xi. narrat ꝙ apud athenienses leges solonis in asseribus ligneis incise erant: vt sempiterne manerent. nam leges sunt sicut capistrum vel frenum equo: vt ait chrisostomus super iob omelia. xxxvi. Nunc tamen vnusquisqꝫ voluntatem pro lege capit. Abusio tamen maxima est populus sine lege qui licet legem se habere profiteatur: diuinam tamen censuram non imitatur: quia teste augustino. iiij. de ciuitate dei capitulo. vi. Omnis lex est inanis: nisi ipsius censura diuine legis imaginem gerat. Quapropter diuina sapientia prouerbiorum octauo ait. Per me inquit reges regnant: ⁊ legū conditores iusta decernunt. Fidelium ergo ciuitas lege diuina reguletur. qr tunc ciuitas est dei quando rex est veritas: lex est charitas et modus est eternitas: inquit augustinus epistola quinta Sed ciuitas tunc est diaboli quando rex est mendacitas lex est impietas et modus est instabilitas. Huius enim ciuitatis ciues sunt impij homines qui lege diuina relicta vtilitatem propriam equitati preferunt. sed lex diuina licet sit vna omnibus: tamen sufficit ꝙ multiplex est in fructu et virtute. vnde iob vndecimo multiplex lex eius. Ipsam tamen plures non sufficere putāt: aut ipsius obseruantiam spernunt: sicut athenienses qui cum equissima iura sed īiquissima ingenia haberent: maluerunt suis moribus ꝙ̃ legibus vti: vt ait valerius lib. quinto capitulo tertio. Tales enim sunt sicut tele aranearum que animalia infirmiora detinent sed validiora abire permittunt. quia tales condūt leges quas iubent inseruari: sed ipsi obseruare nolūt. prout ait valerius libro septimo capitulo tertio. Quia eorum leges solum pauperes opprimunt: et diuites in suis malicijs non puniunt iuxta illud prouerbiorum. xvij. Qui iustificat impium et condemnat iustum abhominabilis est vterqꝫ apud deum. Legibꝰ igitur ipsius christi regulemur in presenti vita dum viuimus.

Capitulum decimumnonū de consilio principum.



Ricipes abſ
qꝫ conſilio plebē
faciliter diſſipa=
būt . Nulla enim
policia abſqꝫ con
ſilio ꝓſperari po
teſt vnde.tul.i:de
offi.c.xxij. Modi
ca inquit ſunt ar=
ma foris: niſi conſiliū interius fuerit:⁊
ibidē cōcludit ꝙ ciuitati athenienſium
plus ꝓfuit ſonſiliū ſolonis ꝙ̄ victoria
themiſtodis. Inſup ſene:li. de tranqui
litate animi circa principiū dicit ꝙ ille
ſolus reipublice nō ꝓdeſt q̄ de pace tā
tūmodo vel de bello curat:ſed q̄ iuuen
tutē exhoratur atqꝫ bonis p̄cepti virtu
tē inſtituit:atqꝫ ruentes ad pecuniā ſeu
luxuriā retrahit tul.de.ſenectute. Con
ſules cōparat illis qui regūt nauē. Sa
na igitur ⁊ matura imitanda ſūt cōſilia
que in ſenibus reperiūtur. vt frequent̄
Unde roboā dereliquit conſilium ſenū
⁊ iuuenū adheſit.conſilio.⁊ ideo regnū
amiſit:vt dicitur.ij . regū amiſit : vt di
citur.ij.regnū.xij. Nā i antiquis eſt ſa=
piētia.vt dr̄ iob:xi.narrat ei valeri.li.
vi.c.ij.de marco caſtritio.q̄. Cn.carbo
ni ſi mināti ⁊ dicēti multos ſe hr̄e gla=
dios.reſpōdit ⁊ ego annos quaſi dicat
ideo te nō timeo. Inſup au.epi.xxxviij
ad diocoꝝ narrat de domoſthene. pho
qualit̄ habitu ſiplexerat accidit tn̄ vt ro
garetur quatenꝰ vellet carnere cū lira
ſicut oli facere mos erat q̄ recuſauit di
cens ſe neſcire cui mulier quedā ait q̄d
igit̄ noſtri.reſpōdit. Rē inq̄t publicam
noui ex parua facere magnā . Nō igit̄
leuia ſed natura querēda ſūt ꝯſilia:qm̄
teſte tulli.i.rhetorice ca.xxiij. Prudē=
tis eſt bene ꝯſiliari.⁊ ꝯmētator dicit ꝙ
bona ꝯſilia ē habitꝰ cōiecturatiuꝰ ſm̄
ratio cinationē opabiliū ⁊ bonꝰ cōſilia=
tor dicit̄ ille:cui talis habitꝰ ieſt.cuiuſ=
modi eſt hō inſtꝰ ⁊ ſapiēs vnde.vi.ethi
co dicitur ꝙ homo naturaliter eſt con=
ſiliatiuus.nō tamē quicunqꝫ homo ſed
qui ſapiens eſt ille conſulere nouit. A
ſapiente igitur ꝓquirere conſiliū. vt di
citur thobie.iiij.⁊ non ab inſipiētibꝰ vt
dicitur eccleſia.viij. Cū fatuis conſiliū
non habeas.vt dicitur ibidem vnde ꝓ=
uer:xxiij . Aſtutus oia agit cū conſilio
⁊ ſeneca in tractatu de virtutibꝰ ſic ait
Si prudens eſſe cupis futura ꝓſpice et
que poſſūt cōtingere animo intēde. Ni
chil tibi ſubitū ſit: ſed totū ante perſpi=
cias qui enim prudens eſt non dicit non
putaui hoc fieri. Non enim dubitat ſed
expectat non ſuſpicatur ſed cauet.

¶ Capitulū xx. de militibus.



Ilitibus eo pa
cto virtutes cōpetūt
quo milites interpre
tari volūt. Miles eni
vir eſt quaſi ex mille
electꝰ: ſed qualis ele
ctio erit niſi virtuti=
bus floreat ipſe qui tot homines precel
lit. Militibus igitur virtutes cōpetunt
corporis ⁊ mētis:vt corpus in bello va
leat ⁊ mens bona ꝓuidētia dirigatur.
Et quāq̄ꝫ omnē virtutē habere militem
decor eſſet: quaſdā tamē ſibi pre cōgru
ere legimꝰ. Decet enim militē fore ſtrē
nuum ac prōptū ad licitos et honeſtos
labores iuxta illud quinti.ca.vi. Labo
ri inquit oportet inſiſtere vbi effectus
promittitur qꝛ naturalis eſt fauor pro
laborantibus:vt inquit idem quintilia.
lib.iiij.de oratoria īſtitutiōe.vnde ſene.
ad lucillum . Generoſos animos labor
nutrit:nec eſt viri timere ſudorē. Nam
mollices eſt fugere laborioſa vt inquit
ariſto.iij.ethi. Erubeſcāt ergo milites
temporis huius in quibus nō ſtrennui=
tas ſed mollicies eſt loco gallee pileū
caſtoreum accipiunt:pro lancea baculū
ſceptrō ſimilem pro armis veſtes rubri
catas ⁊ politas ⁊ omne militie laborē
plurimi ad voluptatem tranſtulerunt.
Uerutamen teſte virgilio in georgicis
li.i. Labor oia vicit. ⁊ matheo in thobia
Eſt carnis cultura labor caro nuda la=

bore. Fit sterilis spinis obsita messis oi ps. Uereantur igitur milites ociaiod labores tardi: Naz teste valle.li.viij:c.viij. Ocium industrie maxime videntur contrarium: itaqz milites exercitio frequēter debēt habilitari: vt laborib⁹ subelle non ita timeant. nam teste gaufrido i poetria. Ars tritos vsus prōptos imitatio reddit Artifices aptos tria cōcurrētia sūmos τ oui.iiij.tristiū.ingeniumqz meū longa rubigine lesū Torpet et est multo qȝ fuit ante min⁹. Fertilis assiduo si non remouetur aratro. Nil nisi cū spinis gramē habebit ager. Cōtulit ingenium patiētia longa malorūz que verba innuūt exercitio indigere volentē fieri virtuosum eū precipue cuius vocatio militia est. vnde magister seilo Discere ne cesses. aderunt post semina messes. Post lachrima risus. post exilium paradisus. Fle si solari ieiunia si saturi. Da si ditari serui si. vis dominari. vnde tul. in tuscula. questio. li. i. Grecorum inquit ꝓuerbiū est quā quisqz nouit artē in hac se exerceat. Erubescant igitur nobiles pigri τ pusillanimes quibus mos non prelia sed edia sequi: non irruūt cōtra hostes: sed proximis emulantur. Castra vi non capiunt sed feminas τ puellas violare non metuunt vitam non exponunt pro reipublice defēsione comessatione non petūt naues vt transeant. flumina. sed nauiuz vice odorifera poscūt balnea: non se vento exhibent aut pruine: sed vmbram domiciliorum sectantur. His etenim modis exercitium militie pretermittunt.

Ca.xxi de fidelitate militū



Militantibus cōgruit vt sint fideles In hoc ei militia fūdata ē vt nulla fraude vituperetur. vnde in prouer sapiētū dicitur. qȝ etiā hosti congruit tenere fidē. Qui eni fidē perdidit nichil potest vltra perdere τ quintilia. causa. viij. Nō habet inquit causā loquendi cui credi nō potest: aut cui ablata est omnium verborum fides omnisqz sermonis auctoritas. Abscedant igitur hi qui se dicunt nobiles: et tamē fraudibus et infidelitatibus sua prelia exercent quod promittunt minime tenent. Ueruntamē tullius primo de officijs. Fundamentum primum iusticie ē fides. et seneca ad lucil. epi. lxxxviij. Fides est sanctissimū humani pectoris bonū: nulla necessitate ad fallenduz cogitur nullo premio corrumpitur. vñ refert valerius libro quarto capitu. viij. qȝ cum fabius captiuos ab hannibale i terposita pactione nummorum recepisset: ēt illi a senatu non prestarētur: misso in vrbem filio fundū quē vnicū possidebat vēdidit: eiusqz ꝓciū hānibali ꝓtinus numerauit. vñ valeri. li. viij. Bone fidei vēditorē nec cōmodorū spē augere: nec icōmodorū cognitionē abseruare oportet τ li. ix. ca. i. Occultū τ insidiosū malū ē ꝑfidia cuius efficacissime vires sūt mētiri τ fallere. Fructus i aliqͣ cōmisso scelere cōsistit: nepharijsqz vinculis circūdat: τ tm̄ icōmodi affert hūano generi qȝtū salutis bona fides ꝓstat. Nichilominꝰ teste salustio i. iug. paucis carior fides qȝ pecunia. Oēs eteni fideles esse honestum est. Illos tamen precipue quorum status militaris. quorūqz vocatio est rempublicam defensare. Nempe tales si fidelitate careāt: nimirum si eorum hostes fidelitatem eis nō teneant. itaqz fidei perditio vtrāqz partem pugnantium fugabit: vnam vi: aliam proditione: et sic absque fidelitate nulla fiet defensa: sed vndiqz gignetur offensa. Audiui etenim sepius quoddā genus hominum fidelitate carere. Mirum est igitur cur appositi milites fidelitatem in eis expectant. Infinitis nēpe proditionibus fraudati sunt ab eis in quibus confidere non cessant. vnde tullius in rhetorica prima. Summa inquit clementia est in eorum fide spē habere: quorum perfidia totiens decept⁹

ſis. Heu heu miſerum nuſq̃ tuta fides
inquit virgili⁹.iiij.eneidos. ⁊ lucanus.
Nulla fides regni ſociꝭ.⁊ ſubdit. Nul
lis credite.⁊ ouidi.li.de ponto. Et cuꝫ
fortuna ſtatq́ꝫ caditq́ꝫ fides: qꝛ ſcꝫ mul
ti extra manus hoſtium poſiti: promiſ=
ſa obſeruare contemnunt. Nichilomi=
nus nulla grauior infamia: nullum pe=
ius infortunium ꝙ̃ infidelitatis habe=
re nomen. Nec ſapiens miles tãtũ odit
hoſtes fideles q̃tum commilitones in
fideles. vnde ouidius.i. de arte amãdi
Reddite depoſitum pietas ſua federa
ſeruet. et lucanus libro.viij. Ardua ꝗp
pe fides robuſtos exigit annos tãq̃ di
ceret ꝙ robuſtus animus fidelis eſt: ſꝫ
fragilitatis et nimie iuuentutis eſt frã
gere fidem de qua arator libro ſecũdo
Hec eſt vera fides quam lex communi
catur amoris: mediiſq́ꝫ tenebris appa=
ret radiata fides. Fit laurea iuſtis ex
precio quod terror agit: menſuraq́ꝫ vir
tus creſcit in aduerſis. que verba nil a
liud ſonant ꝙ nulla ex cauſa frangen=
da eſt fides: ſed fidelitatis in aduerſita
te ꝓbatur ⁊ creſcit. Et ſicut milites fi=
deliter obſeruare debent quod promit
tunt: ita attẽdere debẽt ne captiuis ali
quid vt petant qd̕ infidelitatis occaſio
nem exhibere poſſit. Attendant etiam
ne mala occaſione quoſq́ꝫ inuadant.
Nam genus infidelitatis eſt non ſoluꝫ
a promiſſo recedere: ſed etiam friuole
aliis inſidiari: aut ꝓximos preliis emu
lari. Heſito enĩ an titulo prauo pugnã=
tes in hoſtibus fidelitateꝫ reperire me
reãtur aut vtrũ promiſſa obſeruare te
neãtur. Sic enim heſito vt qꝛ quicquid
arbiter fidelitateꝫ ſemꝑ bonã eſſe atq́ꝫ
laudabilẽ quicquid nõ vitioſum ꝓmit=
titur iure tenetur Nichilominus tamẽ
iuſto dei iudicio fit: vt qui inique ⁊ abſ
q́ꝫ ratione ꝑliant in ꝓmiſſis decipiant.
itaq́ꝫ eſtimo iſtos hoc mereri. Difficile
eſt tamen vt credam alios in promiſſis
non teneri vbi proximuꝫ vitio caret: vt
prefertur. Eſto etiã ꝙ conſcientia hos
nõ obliget, tñ hoc vult militia vt fideli
tatem in omnibus obſeruare nitentur.
Attendant igitur milites vt iuridice ꝑ̃
lia ſuſcipiant. vnde ouidius de arte. Iu
dice me fraus ẽ cõceſſa repellere frau
dem: armaq́ꝫ ĩ armatos ſumere iura ſi
nunt. et. li. ſine titulo. Sepe ſoporatos
inuadere proficit hoſtes ſcilicet iuridi=
ce. et ibidem li.ij. Pugna reluctãti ceſ
ſat in hoſte manus et.iij. triſtium. Pu=
na ſuũ finẽ cum iacet hoſtis habet. At/
tẽdat aũt miles ne de ſe nimis cõfidat
etiam ſi ius habeat. qꝛ teſte catho. Vi=
ctorem a victo ſuperari ſepe videmus.
et claudianus in maiori Sepius incau=
te nocuit victoria turbe. Sic etiã miles
animoſus in iure ſuo. iuxta illud ouidiũ
in epiſtolis. Nõ faciunt moles ad fera
bella manus. Parum certamẽ prelia
magna mouet. Milites igitur iuri ſuo
ideo faueant fideliterq́ꝫ prelientur alie
noq́ꝫ iuri minime derogent vt infideli=
tas michi oriat̃. Que enim tibi militie
gloria: ſi propriam patriam inuadis: ſi
ex ira vel ſuperbia preliari concitaris:
aut ſi proprio opere vincaris aut ſi ma
ius damnum ex caſu ꝙ̃ cõmodum ex vi
ctoria ſperare videaris. Nomine enim
commodi non ſolum facultates ſed eti
am famam et honorem intelligi puto.
Nempe aliqui predictis ex cauſis pre=
lia ſuſceperunt quorum opus iure lau=
deq́ꝫ caret: quia teſte tullio in anthoni
um omnino nulla cauſa iuſta eſt cuiquã
contra propriam patriam pugnare. et
idem tullius pro marcello. Iracundia
inquit et ſuperbia conſilio inimica eſt:
cuius occaſione prelia fieri non debent
Rurſus in prouerbiis ſapientum dicit̃:
ꝙ bis punitur qui propriis armis perit
Diu ergo preparandum eſt bellum: vt
vincas ſcelerius Ceterum ſuetonius li.
viceſimo de duodecim ceſaribus. Au=
guſtus inquit prelium ſuſcipienduꝫ om
nino negabat: niſi maior emolumenti
ſpes ꝙ̃ damni metus oſtenderetur His
itaq́ꝫ allegationibus clare patet pu=
gnam iuxta rationem tantummodo aſ=
ſumi debere. Itaq́ꝫ fidelitas non ſoluꝫ

in pꝛomiſſo:ſed etiam in aggreſſum cir
cumſpitienda eſt. Militia autem de=
decus patitur niſi fideliter exerceatur
et in milite nil pulcrius eſt q̄ fides ei⁹:
non ſolum erga homines:ſed et maxie
attēdere habet:vt ſua militia deo ſub
ſeruiat. Nullus enim miles tantuꝫ pꝛī
cipi q̄tū deo tenetur. Attendant igiꝉ
milites dominis ſuis fideles deo tamē
non neglecto debere exiſtere. vnde po
licratus li.vi.ca.v.dicit ꝙ duo ſūt p̄ci=
pue in milite. ſcꝫ electio et ſacramentū.
vt ſcilicet fedus pꝛomiſſum teneat. Et
vegetius loquens de re militari dicit
ꝙ tota reipublice ſalus in hoc cōſiſtit:
vt tyrones ſcilicet milites non tantum
coꝛpoꝛibus. ſed etiam animis pꝛeſtan=
tiſſimi compareant atq̄ iuramētis ſuis
pꝛincipibus facta obſeruent. Uerumta
men eſt ꝙ milites pꝛincipi tēpoꝛali po
tius q̄ deo fidem ſeruant. vnde pꝛoch=
doloꝛ illa ſolēnis conſuetudo inoleuit
qua fiebat:vt quilibet miles ipſa die q̄
miles fiebat ingrederetur eccleſiā at=
q̄ gladio ſuper altare poſito et oblato
ſolēniter iurabat ſe pꝛo defēſione fidei
certare et deo perpetuo famulari. vn=
de vege.li.iiij.ca.i.narrat quomō mili=
tes deo iurare debent:ſuoq̄ pꝛincipi 𝔭
deun ſcilicet de fidelitate ſeruāda Nar
rat etiam tul.i.de offi.ca.xi. quomodo
pompilius imperatoꝛ filiū cathonis in
ſuo exercitu admittere noluit:niſi ꝓus
cum ſacramento fidelitatem ſibi iura=
ret. Hec autem omnia dicta ſunt:quia
fideles ſcꝫ xp̄i milites vſq̄ ad moꝛtem
certare debēt:vt ſcꝫ eccleſia pꝛotegaꝉ
et legis chꝛiſtiane veritas ꝓmulgetur
vnde policratus li.vi.ca.viij. Huius iq̄t
militie eſt oꝛdinate tueri eccleſiam et 𝔭
fidem impugnare ſacerdotium venera
ri:pauperem defenſare:iniurias placa
re:et ſi opus eſt animam ponere vt ſci=
licet de illis verificetur illud pꝛophete
Gladij ancipites in manibus eoꝛum.
Nunc tamen hominum militia fidem
chꝛiſtianam non fouet ſed potius de=
pꝛimit. Uerumtamen legimus apud
antiquos hunc moꝛem fuiſſe qꝛ ſcilicet
milites ſpolia hoſtiū diis cōſecrabant.
valeri⁹ li.ij.ca.i. de iulio ceſare narrat
ꝙ pꝛohibuit ſpoliari tēpla. et ideo per
bienniū remāſit inuictus donec pꝛeſum
pſit inſurgere cōtra deos atq̄ inuade=
re templuꝫ appolinis. Idē etiā narrat
policrat⁹ vbi ſupꝛa. Itē egiſippus nar
rat quomodo pōpeius nō permiſit ſpo
liari templa. ⁊ ideo ſibi pepercit alexā
der. Ex his igitur patet ꝙ militia eccle
ſiā debet offenſare. Moderni tamē mi
lites coꝛā mulieribus de bellis narrāt:
et coꝛaꝫ ſimplicibus de victoꝛia illuſtri
um militum ſe iactant nec tamen habēt
bellandi vſum vel artē:quia laſciuie po
tius q̄ militie intendūt Ueruntamē la=
ciuia milites eneruat:vt docet ſene. epi
ſtola.liij. vnde ibidē ait ꝙ indurandus
eſt animus militis ⁊ blandimentis vo=
luptatū ꝓcul abſtrahēdus. Nēpe han
nibalē induratū niſi bus. et laboꝛibus
campanie fomēta enerrauerūt. Armis
inquit vicit fuit tamē vitiis victus. At
tendendū eſt igitur quomodo gedeon
cū trecentis viris aquā non biberunt:
ſed curuatis genibus diuitiſſime penā
ſuſtulerunt victoꝛiā obtinuit. Sic enim
milites non in voluptatib⁹: ſed in labo
ribus exercere debēt millitiā vt tāquā
animalia diuiſa ſint. imperpetuum ſi=
gnum federis.

Capitulum. xxii. de bellis.


relium illicita
occaſione ſuſceptuꝫ
malo iuridice debet
fine terminari. vnde
aug⁹.v. de ci. dei.ca.
xxij. cōcludit ꝙ bel=
lū nunq̄ debet fieri
ſine magna neceſſitate ⁊ ſine iuſta cau=
ſa. nā iudith.v.legiꝉ ꝙ alchioꝛ alloquē
do olofernē poſtq̄ plurima dei benefi=
cia recitauit cōcludit dicēs Nūc igitur
domine 𝔭quirere ſi eſt aliq̄ iniq̄tas eoꝝ
in ꝯſpectu dei ⁊ aſcādam⁹ ad illos quo=
niā tradēs tradet illos deus eoꝛum ti=

bi. si autem nõ est offensa populi hui⁹
coram deo suo: tunc non poterimus re-
sistere ei: quasi diceret. ꝙ non est bellã
dum nisi cum iusta causa si autem iusta
causa fuit non est timendum vñ numeri
xiiij. Nolite timere dominus vobiscum
ē et leuitici. xxvi. Si in preceptis ãbu
laueris ꝛc. et sequitur. Persequimini
inimicos vestros et corruēt corã vobis
Nec tamen sufficit vt bellandi causa iu
sta fuerit: sed etiam vt iusti sint qui pre
liantur. vnde iosue vij. legitur ꝙ ꝓpt̄
peccatũ ipsius achor multi de populis
fuerunt occisi. Principes igitur sunt i
formandi tempore belli: vt dicit̄ eccle.
iij. Sed nunc prochdolor videmus aut
prelia sine iusta causa fieri: vt ab iiustis
personis bella cõpleri. atqꝫ modernoꝝ
domina tyranniaꝫ mutata sũt nec domi
nantur vt foueant sed vt spoliare stude
ant. Attendamus enĩ illud iob. lv. Nu
merus annorum incertus est tyrãnidis
eius. quia scilicet dominiũ tyrannorũ
breue est et casum de iure postulat qñ
immo signum maximuꝫ perditionis est
dominij quando principes ad tyranniã
inclinantur: aut suos officiales tyranni
zare permittet. ideo eccła. x. dicitur.
Regnum a gente in gentem transfert̄
propter iniusticias. et cõtumelias et di
uersos dolos, vt patuit de saule. i. regũ
xij. Quapropter quicunqꝫ tyrannus ē:
de periclitatione stominij sui formida-
re habet. Ille autem est tyrannus qui
est rex iniustus: vt ponit augustinus. ij
de ciui. dei. ca. xx. et aristo. viij. ethicoꝝ
ponens differentiam inter regem et ty
rannum dicit ꝙ tyrannus est, qui como
dum proprium intendit. Rex autē dici
tur qui subditorum querit vtilitateꝫ vn
de in prouer. xxviij. Leo rugiens et vr
sus esuriens princeps impius super po
pulũ pauperem: dux ingens prudentia
multos opprimit per calumniam. de q̄
bus isaie prio dicitur. Principes tui in
fideles socij furum omnes diligũt mu-
nera. vnde seneca li. iij. de naturalibus
questio. capitulo. i. Potius inq̄t decet
deoruꝫ opera celebrare q̄ philippi aut
alexandri latrocinia: nec ꝑcipiuꝫ est in
rebus humanis classibus maris transi
re seu emuloꝝ iniurias subegisse. Nul
la inquit maior est victoria q̄ vitia do-
muisse: qꝛ innumerabiles sunt q̄ vrbes
ꝛ populos habuerunt in sua potestate:
sed paucissimi peccatis caruerũt. Nũc
tamē principes vitia domare nõ curãt
sed omni tyrannia preintenta subditoꝝ
vtilitatē atqꝫ virtutũ acquisitioneꝫ pre
termittunt: nec bella intercipiunt vt iu
stitiam foueant: sed potius vt suis pom
pis ꝛ iactantijs satifacere queãt. Ta-
les eniꝫ non reges sed tyranni sunt: qꝛ
non aduersarios sed subditos inuade-
re petunt. de quibus poli. li. viij. ca. i. di
cit ꝙ tyranni sunt qui non legibus sed
proprio arbitrio imperant Reges au-
tem sunt qui ꝓprium arbitrium legib⁹
submittunt. et idem policratus libro. iij
concludit ꝙ tyrannũ occidere iustum ꝛ
equũ est. vnde tul. iij. de officijs. ca. vij.
Nulla est inquit nobis societas cum ty
rannis: sed poti⁹ sũma distinctio. Neqꝫ
enim contra naturam est tyrannũ spoli
are si possis: sed etiam necare est hone
stuꝫ. Etenim mēbra amputanda sunt si
sanguine ꝛ spiritu careãt ne ceteris mē
bris noceant. Illa igitur infirma homi
num feritas: et inhumanitas a commu
nitate segreganda est ne subditam ple-
bem contaminare posset.

Capitulum vicesimumter- tium de regimine militum.



Militia prospera
ri neq̄t vbi nulla vt⁹
vbi sēsus nõ habitat
vñ romani teste poli
crato li. vi. capi. vij.
Preualuerunt: ad-
uersus multitudineꝫ
galloruꝫ: ꝓceritatē
germanoꝝ vires hyspanorum: dolos
aforũ: ꝛ hoc per felicitatē ꝛ sapiētiam.
Sic etiam per fidem atqꝫ: veritatis stu
diuꝫ quecumqꝫ peccatorum contagia

subiugare poterimus. vnde q̄tū ex nar rationibus colligitur milites oli poti⁹ ingenio ⁊ sapiētia preualuerūt q̄ viri- bus corporis sic pariter in via morum potius est incedendū ſm sapiētiā chri- stiane legis q̄ ſm vires corporis. Nā si cut in geñ legitur. Esau inviribus cor- poris erat fortior iacob. ēt tñ ab ipso scilicet iacob esau supplātatus fuit. Nō igitur viribus ꝓpriis cōfidendū sed in sapientia legis meditandū est: vt scili- cet non nobis sed scripture sacre consi liis acquiescam⁹ in qua thesauri sapiē- tie abscōdit sunt. vnde pompeius. li. xi. narrat ꝙ alexander a patre suo exiguā militiā accepit. Ueruntamē docta ⁊ in preliis assueta erat. ⁊ ideo ipa mediāte innumerabiles hostes suppressit: sic eti am dum nascimur modicā militiā ⁊ mo dicas virtutes accepimus: si tamen in fide instruamur et in bonis operib⁹ ex ercitemur cōtra hostes ꝑualebim⁹. vñ vege. li. iiii. c. i. narrat ꝙ assita licet na uium vsu nō indigeret ne tamē milites torperēt iussit naues edificari ⁊ milites ibidē exercitari: sinunq̄ occiosi esse de bem⁹ ne carnis desideria succūbere nos faciant. Plures tñ noe exercitiū bono rum sed maloꝝ frequētant. nihilomin⁹ tñ narrat vege. vbi supra qualiter ca- tho suis militibus precepit vt rapinas non facerent sub pena abscisionis dex- tre manus qꝛ inquit mililitez ꝑdari nō licet. Insup li. de vita cesaris exemplū satis conforme legitur. Non debemus igitur in prauis sed i bonis ⁊ licitis ope rib⁹ excitari atq̄ nō de ꝓprio sensu. sꝫ de consilio sacre scripture confidere te nemur. vnde narrat vallerius. li. ii. c. ii. ꝙ disciplina militaris romano imperio multarum vrbium dominationem atq̄ regnorum et gentiuꝫ regimē largia est Simus igitur sapientes qm̄ vita homi nis militia super terram. Dicit ei poli- cra li. vi. c. viii. ꝙ militum vocatio est vt nō permittāt. R. P. egere. aut perire Non sunt ergo milites qui propriam aiam peccatis damnari permittūt. vñ

egisippus li. v. allegant dictū titi dicen tis ꝙ in exercitu non solum requiritur. virtus corporis sed etiam mētis nec cō tra hostem fortitudo sed discipline nor ma nec scilicet miles sit crudelis vel im pius: aut ne prede potius q̄ victorie si- intentus. vnde luce. iii. Militibus dici- tur: contenti estote stipendiis vestris: ⁊ est verbū beati iohannis baptiste. Plu res autem huius tp̄is viri se iactant no biles indeq̄ superbiunt et alios contē- nunt. ceterosq̄ rusticos nuncupant. et tñ ipsi qui talia frequēter dicunt vilissi mis operibus suam nobilitatem osten dunt ⁊ cum aliis iniuriantur se ignobi- les attestantur. Utinam attenderēt il- lud iob. xxxi. Nunquid nō invtero se fe cit me qui ⁊ illum. super quo grego. pri mo moraliū ca. xxi. Omnes inquit ho mines natura fecit equales. De nobili bus inquit propheta osee. ix. Gloria eo rum ab vtero et partu. et boetius iiii. de consolatione. c. vi. O inquit q̄ inane et q̄ inutile quis videat Et declarat ibi dem qualiter nobilitas nō est nisi laus parentum: nec debet aliquis gloriari de laude aliena. vnde hieronym⁹ ep̄la. c. iii. Non est inquit gloriandū de nobi- litate carnis: quia nec virtutes nec vi- tia parentum imponenda sunt filiis nisi supple fuerint imitatores parentum. ⁊ chrisostomus super matheum omelia. v. Nobilitas inquit seu bonitas paren- tum non valet nisi fuerimus nosipsi bo ni. ⁊ omelia xlix. concludit ꝙ non valet habere iob in patrem sine operib⁹ iob. ⁊ omelia. xix. sic ait. Nichil inquit pro- dest malis bonitas parentum. et nichil obest bonis malitia. Etenim illi non sūt nobiles: que splendore parentum reces serunt sordibus et nequitiis vacantes: vt declarat valerius. libro. iii. capitu. v. Quāobrē de tali nobilitate iuuenal di cebat. Omne animi vitiū tanto cōspecti us in se crimē habet: quāto qui peccat maior habetur. Nam ille nobilis est qui virtutibus claret: vt ait seneca epi- stola. xlv. Nam talis nobilitas donum

nature est:nec debet exīde q̄s gloriari q̄nimo debet q̄sq3 tāto esse humilior ex mūere q̄to se obligatiorē esse cōspicit ī reddēda ratiōe:vt inq̄t grego.libro.i omel.ix.⁊ apl's cori.iiij.Quid inq̄t habes qđ nō accepisti.si aūt accepisti: q̄d gl'iaris q̄si nō acceperis.ideo hieremie ix.dr. Nō gloriet sapiēs ī sapiētia sua nec fortis ī fortitudīe sua.Ea ei q̄ natura dedit nec laudē nec vituperiū faciūt sed ea solūmodo q̄ libere cōtrahūtur ⁊ fiūt.ideo apl's i.ad corinthi.xi.dicebat Gl'ia ei nostra hec est : testimoniū cōscientie nostre quasi dicat ꝙ nō ex naturalibus debemus gloriari:sed ex morib⁹ seu proprijs operibus.

¶ Finit liber nonus.

¶ Incipit.x. ī quo tractat de diuersis statib⁹ viuētiū sub p̄ncipe ⁊ hȝ.xvii.ca. cui⁹ p̄mū est de diuitibus ⁊ eorum statu.



Qui sectātur auaritiā virtutib⁹ vt plurimū nō itēdūt sed q̄d ꝓsunt diuitie si virtutes nō habeātur Narrat ei vale.li.iij.ꝙ scipio oīa tp̄alia postponēs v̄tutes p̄tulit.vn̄ cū ipse apud senatū romanoꝝ accusaretur:ipse respōdit.Cum ego inquit africam vobis subegissem: nil aliud exide nisi cognomē portaui quia scilicet fuit dictus scipio africanus eo ꝙ africā romanis subiecerat.et iō stati subdit.Locuplecior inquit sum inuidia q̄ pecunia qr scilicȝ homines inuidebant plus virtutibus q̄ pecunijs suis:quia etiam virtutes querebat potius q̄ diuitias.Sicut enim dicitur ꝓuer.xv. Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam ⁊ ꝓuerbio.xxviij. Qui odit auaritiaȝ lōgi fient dies eius. Narrat eni vale.li.v ꝙ cōsules romani in tm̄ pauperes erāt ꝙ dū morerentur liberis suis nichil relinquebant.vn̄ senatus romanorū eoꝝ liberis ꝓuidere consueuit.Insup li.ij. de nugis p̄hoꝝ de artagogie rege legitur ꝙ aurū tanq̄ fictilia spreuit. vn̄ dicebat ꝙ prestātius est fulgere morib⁹ q̄ rebus.Ipse enim vt ibidē dicit Rex cecilie fuit ⁊ hoc per fortunā : qr pater suus figulus fuerat:⁊ ideo vasis fictilibus semp vtebatur.vn̄ dicebat.Non debeo ꝓpter fortunā meā negare naturā meā ceterū vale.li.iiij.c.ij.de.Q. tuberone narrat ꝙ licet ditissim⁹ esset fictilibus semper vtebatur dicēs ꝙ maior est thesaurus continētie q̄ pecunie vn̄ cum sibi munera presentarētur ipse respondit. Referte inquit thesaurū vestrum ⁊ meū relinquite. Ipse enim nouerat illud prime ad corithi.v.qm̄ auari regnum dei non possidebunt. Insup vale.li.iiij.ca.iij.de.M.curio narrat ꝙ fuit abstinentie norma ⁊ spectaculū fortitudinis romanorum.Ipse enim in humili disco comedebat:atq3 in domo exigua morabatur.De foris igitur samnitum legati venerant sperantes ꝓpter sui inopiam muneribus eum posse corrumpere magnum pondus auri publice missum sibi offerentes:sed non p̄ualuerunt.vnde respondisse fertur. Malo inquit locupletibus imperare q̄ locuples fieri.Munera inquit vestra refertote ⁊ mementote me nec acie vinci nec pecunia corrumpi posse. Attendebat eniȝ illud apl'i ad ephe.v. Scitote intelligentes quoniam omnis auarus non habet hereditatem in regno dei a qm̄ auaritia est idolorū seruitus. Nūc tamen illud isa.vi.verificatur Omnes inquit in viam suam declinauerūt vnusquisq3 ad auaritiaȝ suam.⁊ tanq̄ desperantes semetipsos tradiderunt in auaritiā.ad ephe.iiij.Attēdam⁹ igitur facultatū abundantiam amicā esse auaritie:pacisq3 inimicam.Nam abraham ⁊ lot fuerunt diuisi:qr substatia eoꝝ erat multa.vn̄ augu.sermone.lv. Difficile inquit est habere diuitias et nō amare ipsas ideo periculose sunt suis possesso

